

König:  
Proben ei-  
ner Pan-  
nen:  
Christo-  
mathe









*Verf. Koenig, Joh. Christ.* 475.  
61  
P R O B E

einer

P A N D E K T E N -  
C H R E S T O M A T H I E

welche

aus den

FLORENTINISCH-TAVRELLISCHEN  
P A N D E K T E N

ausgezogen

und

sowohl mit verschiedenen Lesarten

als auch

mit kritischen Anmerkungen

versehen worden ist.

---

Nürnberg und Altdorf,  
in der Monath- und Kufslerischen  
Buchhandlung. 1796.









---

## Vorerinnerung.

**D**emienigen Publikum, welches sich für eine Pandekten-Chrestomathie interessiren kann, wird ohne Zweifel noch erinnerlich seyn, daß wir in verschiedene gelehrte Zeitungen und Journale im November 1795. diese Nachricht einrücken ließen:

*Da in der Staatswissenschaftlichen Litteratur (April 1795. S. LXXV.) bey Gelegenheit der daselbst vorkommenden Uebersicht der Juristischen Litteratur v. J. 1794. sehr lebhaft der Wunsch nach einer zweckmäßigen Pandekten-Chrestomathie geäußert wird: so haben wir das Vergnügen anzuzeigen, daß eine solche Chrestomathie zur Ostermesse 1796. in unserm Verlage wirklich erscheine u. s. w.*



Wir glauben daher die Gründe angeben zu müssen, warum dieses Buch nicht erschien, und auch jetzt nur eine Probe desselben geliefert werde.

Andere und dringendere Geschäfte nöthigten nemlich den Verfasser, den Faden der Beschäftigung mit dieser Chrestomathie abzureißen.

Und da er zur Zeit noch nicht weiß, wann er selbigen wieder anknüpfen werde: so hat er sich entschlossen, gegenwärtige Bogen als Probe inzwischen herauszugeben, damit er belehrende Winke zur Vervollkommnung seiner Arbeit erhalten könne.

Von dem Plane und der Absicht des Buches können wir folgenden Bericht erstatten.

Der



Der Text enthält nur solche Pandekten-Stellen, welche nach der Uebersetzung des Verfassers entweder *unmittelbar*, in *praktischer*, oder *mittelbar*, in *hermeneutischer* Rücksicht vorzüglich brauchbar, und, folglich, vornehmlich wissenswerth sind. Und damit diese Chrestomathie auch bey iuristisch-exegetischen Vorlesungen auf Akademien gebraucht, und zugleich auf die bequemste Weise sowohl eine anschauliche Kenntniß von der Verschiedenheit der wichtigsten Pandekten-Recensionen mitgetheilt, als auch Anleitung zur Beurtheilung des Werthes oder Unwerthes verschiedener Lesearten und kritischer Muthmassungen gegeben werden könne: so soll diese Chrestomathie durchaus mit Varianten und kritischen Noten versehen werden.

Noch

Noch müssen wir berichten, daß der Begriff des Verfassers von *Vulgata* nicht der gewöhnliche, sondern dieser sey: *Gemeine Leseart* ist ihm diejenige, welche in den meisten *glossirten* und *unglossirten* Pandekten-Ausgaben vor HALOANDER befindlich ist.

Den Namen des Verfassers dürfen wir deswegen nicht nennen, weil er glaubt, zur Beurtheilung, ob seine Arbeit zweckmässig sey, oder nicht, und, ob er mit den zu einer solchen Arbeit erforderlichen Kenntnissen und Hülfsmitteln versehen sey, oder nicht, diene wohl gegenwärtige Probe, aber nicht sein Name. Nürnberg und Altdorf, am 28. Jul. 1796.

*Monath- und Kusslerische  
Buchhandlung.*



CHRESTOMATHIA  
IVRIS CIVILIS

E PANDECTIS FLORENTINIS

EXCERPTA

NOTISQUE CRITICIS

INSTRVCTA.

A





# CHRESTOMATHIA IVRIS CIVILIS.

## CAPVT I.

### E PANDECT. LIB. I. TIT. I. DE IVSTITIA ET IVRE.

#### I. VLPPIANVS lib. I. Institutionum.

**I**uri operam daturum prius nosse oportet, vnde nomen Iuris descendat. *Est autem* <sup>1</sup> a iustitia appellatum: nam, vt eleganter Celsus definit, Ius est ars boni et aequi. §. 1. Cuius merito quis nos sacerdotes appellet: Iustitiam namque colimus: et boni et aequi notitiam profiteamur: aequum ab iniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu poenarum, verum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram, nisi fallor, philosophiam, non simulatam *affectantes* <sup>2</sup>.

#### §. 2.

1. Est autem ius. *Vulgata.*

2. Nulla nos cogit necessitas, vt cum IO. GVIL. HOFFMANNO Diff. II. §. 1. loco *affectantes* reponamus *asseclantes*. Sane verbum *affeciare* non minus in bonam, quam malam partem accipitur, vt recte docuit EVERARD. OTTO in *Orat. de vera Istorum Philosophia*. Sic

SENECA Ep. 89. philosophiam definit *sapientiae amorem et affectationem*; et ipse VLPPIANVS in l. 5. D. *ex quib. caus. mai.* (IV. 6.) scribit: *Qui data opera et sine lucro hoc affectauerit*; vt alia exempla ab OTTONE l. c. in medium prolata silentio praeteream. V. PÜTTMANNI *Interpretat. et Obseruat.* p. 77.

§. 2. Huius studii duae sunt positiones, publicum, et privatum. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanae spectat. Privatum, quod ad singulorum *utilitatem* 3: sunt enim quaedam publice utilia, quaedam privatim. Publicum ius in sacerdotibus, in magistratibus *constitit* 4. Privatum ius tripertitum est: collectum etenim est ex naturalibus praeceptis, aut gentium, aut civilibus.

§. 3. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. §. 4. Ius gentium est, quo gentes humanae utuntur: quod a naturali *recedere, facile intelligere* 5 *licet* 6: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

### III. FLORENTINVS lib.I. Institutionum.

Iure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur, et, cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est, hominem homini insidiari, nefas esse.

### VI. VLPPIANVS lib.I. Institutionum.

Ius civile est, quod neque in totum a naturali 7, vel gentium recedit, nec per omnia ei *servit* 8: itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, civile, efficitur.

§. 1. Hoc igitur ius nostrum constat aut ex scripto, aut sine scripto.

### VII.

3. utilitatem pertinet. *Vulg.*

4. constitit. *Vulg. Haloand. et Gothofred.*

5. *intelligere* ubiuis scribit TAVRELLIVS.

6. *recedere, inde licet facile intelligere.* *Hal.*

7. naturali iure. *Vulg.*

8. *Legimus omnino eis servit.*

Habent diserte Graeca *ἀνθρώποις* *ινερα*. BRENKMANNVS. — Quid si Vlpianus hic recte senserit, ius naturale et gentium non differre, Graecique errauerint? Sane paulo post meminit *iuris communis* in singulari. GEBAYER.



## VII. PAPINIANVS lib. II. Definitionum.

Ius autem ciuile est, quod ex legibus, plebis scitis, senatusconsultis, decretis principum, auctoritate prudentium venit. §. 1. Ius praetorium est, quod praetores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicam; quod et honorarium dicitur, *ad honorem* 9 praetorum sic nominatum.

## IX. GAIVS lib. I. Institutionum.

Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes 10 peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur.

## X. VLPPIANVS lib. I. Regularum.

Iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum cuique *tribuendi* 11. §. 1. Iuris praecepta sunt haec:

A 3

ho-

9. ab honore. *Vulg.* Hanc lectionem Florentinae praefert BYNKERSHOEK in *Opusc.* p. 31.

10. *Vulg.* inserit *homines*. BRENKMAN. Equidem in omnibus, quas vidi, editionibus antiquis legi *apud omnes gentes*.

11. *Vulg.* tribuens: cui fauent Basil. *ἐπιτοίχοι τοῦ ἰδίου ἀπονεύουσα δικαιοσύνη*. Similiter Scholia. BRENKM. — Hic autem fauor

hac ex causa nullius momenti est, quod Graeci carent Gerundis, eorumque loco utuntur modo Participiis, modo Infinitiuus. Praeterea *voluntas tribuens* aduertatur Grammaticae Latinae. Frustra quoque ii, qui lectionem *Vulg.* defendendam sumunt, in subsidium adhibent haec *veterum Scriptorum* loca: Lib. III. *ad Herenn.* cap. 2. Iustitia est aequitas ius unicuique tribuens; et CIC. de fin. Lib. V. cap. 23. Iustitia est animi affectio suam cuique tribuens.



honeste viuere, alterum non laedere, suum cuique tribuere. §. 2. Iuris prudentia est diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

XI. PAVLVS lib. XIV. ad Sabinum.

Ius pluribus modis dicitur <sup>12</sup>. Vno modo, cum id, quod <sup>13</sup> semper aequum ac bonum est, ius dicitur: vt est ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtilis est: vt est ius ciuile. Nec minus ius recte appellatur <sup>4</sup> in ciuitate nostra ius honorarium. Praetor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit: relatione scilicet facta, non ad id, quod ita Praetor fecit, sed ad illud, quod Praetorem facere conuenit. Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur: appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, vbi fit: quem locum determinare hoc modo possumus: *ubicunque* <sup>15</sup> Praetor salua maiestate imperii sui, saluque more maiorum, ius dicere constituit, is locus recte ius appellatur <sup>16</sup>.

XII. MARCIANVS lib. I. Institutionum.

Nonnunquam ius etiam pro necessitudine dicimus: veluti, est *mibi* <sup>17</sup> ius cognationis, vel adfinitatis.

CAP.

buens. Nam et *aequitas* et *animi affectio* tribuens utique congruit cum praeceptis *Grammat. lat.*

<sup>12</sup>. Hal. Inserit recte. GEBAVER. Irrauit vir optimus: nam ab *Haloand.* quoque abest recte.

<sup>13</sup>. Vno modo quidem id, quod. *Vulg.*

<sup>14</sup>. dicitur. *Hal.*

<sup>15</sup>. vt *ubicunque Hal.*

<sup>16</sup>. appelletur. *Hal.*

<sup>17</sup>. *mibi* non habet *Hal.*



CAPVT II.

E LIB. I. TIT. III.

DE LEGIBVS SENATVSQVE CONSVLTI  
ET LONGA CONSVE TVDINE.

I. PAPINIANVS lib. I. Definitionum.

**L**ex est commune praeceptum, virorum prudentium consultum, delictorum, quae sponte, vel ignorantia contrahuntur, *coercitio*<sup>1</sup>, communis reipublicae sponso.

III. POMPONIVS lib. XXV. ad Sabinum.

Iura constitui oportet, vt dixit Theophrastus, in *his*<sup>2</sup>, quae ἐπι το πλειστον<sup>3</sup> accidunt, *non*<sup>4</sup>, quae ἐν παραλογω<sup>5</sup>.

IV. CELSVS lib. V. Digestorum.

Ex his, quae *forte vno aliquo*<sup>6</sup> casu accidere possunt, iura non constituuntur.

A 4

V. CEL-

1. Coercitio, vel coertio. *Vulg.* Correctio: nam videtur interpretari voluisse ἐπινοηθωμεν. RVS-SARD. Lex dicitur delictorum *coercitio* in l. i. ff. de legib. quod, quo genio impulsus, corrumpant nonnulli, plane non perspicio. BYNKERSHOEK in *Obs.* lib. III. cap. 19. p. 304.

2. in iis. *Vulg.*

3. id est, saepissime.

4. non in iis. *Vulg.*

5. id est, praeter opinionem.— In *Haloand.* verba graeca ita proponuntur: in *his*, quae ἐν παραλογω ἐπι το πλειστον accidunt. Cum hac lectione haec BALDVI-

NI interpretatio facit: *Vt intelligamus iura esse constituenda de iis, quae vt plurimum ex inopinato accidunt, et propterea magis opus habent legis auxilio.* V. HEINECCIUS *Iurisprud. Rom.* et *Att.* T. I. p. 803. — *Vulg.* habet: in *hisque* *entonia* *frequentius* *accidunt.* — BARTOLVS et alii hic legunt, αὐτοματε, id est, fortuita. Ex *ALCIATI* coniectura legendum est θαιμα, vt, quod sequitur, *frequentius*, interpretatio sit Graecae vocis. V. *ALCIATI Praetermiss.* lib. II. f. *Opp.* T. VI. p. 89.

6. *Vulg.* modo habet: *forte vno aliquo, modo: fortuito aliquo.*



## V. CELSVS lib. XVII. Digestorum.

Nam ad ea potius debet aptari ius, quae et frequenter, et facile, quam quae perraro eueniunt.

## VII. MODESTINVS lib. I. Regularum.

Legis virtus *haec* 7 est: imperare, \*vetare\*, permittere, punire.

## VIII. VLPPIANVS lib. III. ad Sabinum.

Iura non in singulas personas, sed generaliter constituantur.

## X. IULIANVS lib. LIX. Digestorum.

Neque leges, neque senatusconsulta \*ita\* scribi possunt, vt omnes \*casus\*, qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit, et 8 ea, quae plerumque accidunt, contineri.

## XII. IDEM lib. XV. Digestorum.

Non possunt omnes articuli singillatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi: sed cum in *aliqua causa* 9 sententia eorum manifesta est, is, qui iurisdictioni praeest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.

XIII. VLPPIANVS lib. I. ad Edictum Aedilium  
\*curulium\*.

Nam, vt ait Pedius, quotiens lege aliquid vnum, vel alterum introductum est, bona occasio est, *caetera* 10, quae tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certe iurisdictione suppleri.

## XIV.

7. legis virtus est. *Hal.*

8. et abest ab *Hal.*

9. aliquo casu. *Vulg.*

10. et caetera. *Vulg. et Hal.*



XIV. PAVLVS lib. LIV. ad Edictum.

Quod vero contra rationem iuris receptam est, non est producendum ad consequentias.

XV. IVLIANVS lib. XXVII. Digestorum.

In his, quae contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

XVI. PAVLVS lib. singulari. de iure singulari.

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis, propter aliquam utilitatem, auctoritate constituentium introductum est.

XVII. CELSVS lib. XXVI. Digestorum.

Scire leges non hoc est<sup>11</sup>, verba earum tenere, sed vim ac potestatem<sup>12</sup>.

XVIII. IDEM lib. XXIX. Digestorum.

Benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum conferuetur.

XIX. IDEM lib. XXXIII. Digestorum.

In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret: praesertim, cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.

XX. IVLIANVS lib. LV. Digestorum.

Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.

XXI. NERATIVS lib. VI. Membranarum.

Et ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri

A §

11. non est. Hal.

12. potestatem habere. Nonnullae editiones antiquae.



quiri non oportet: alioquin multa ex his, quae certa sunt, subuertuntur.

XXII. VLP IANVS lib. XXXV. ad Edictum.

Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat.

XXIII. PAVLVS lib. IV. ad Plautium.

Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt.

XXIV. CELSVS lib. IX. Digestorum.

Inciuuile est, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita, iudicare, vel respondere.

XXV. MODESTINVS lib. VIII. Responsorum.

Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, vt, quae salubriter pro vtilitate hominum introduuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem.

XXVI. PAVLVS lib. IV. Quaestionum.

Non est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur.

XXVII. TERTYLLIANVS lib. I. Quaestionum.

Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, vsitatum est: \*et\* semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas, et ad eas res pertinerent, quae quandoque similes erunt.

XXVIII. PAVLVS lib. V. ad Legem Iuliam  
et Papiam.

Sed et posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint.

XXIX.



XXIX. PAVLVS lib. singulari ad legem Cinciam.

Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit.

XXX. VLPPIANVS lib. IV. ad Edictum.

Fraus enim legi fit, vbi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: et quod distat *επ' αὐτῷ ἀπὸ διανομίας* 13, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.

XXXI. IDEM lib. XIII. ad leg. Iuliam et Papiam.

Princeps legibus solutus est.

XXXII. IULIANVS lib. XCIV. Digestorum.

De quibus causis scriptis legibus non vitimur, id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum \*est\*: et, si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum et consequens ei est. Rectissime etiam illud receptum est, vt leges tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

XXXIV. VLPPIANVS lib. IV. de officio Proconsulis.

Cum de consuetudine ciuitatis, uel prouinciae confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam *contradicto* 14 aliquando iudicio consuetudo firmata sit.

XXXV.

13. id est. *dictum a sententia*

14 *Vulg. habet modo contradicto modo contradictorio* — ACCURSIVS hic legit. non contradicto iudicio, hoc sensu: Consuetudinem eam firmam esse, cui nemo unquam in iudicio contradixerit. — „Si Graecos, inquit LEVNCLAVIVS, sequamur, per immutationem unius literae sen-

tentiam verborum perspicuam habebimus. Nam quum illi sic verterint: *τοτε κεν οὐκ ἐστὶν ἐπιβεβαιωμένη ἡ νόμος, ὅτι ἀπὸ βιβλίου ἐστὶν ἡ νόμος ἐπιβεβαιωμένη*: h. e. tunc utimur consuetudine, quum aliquando in dubium vocata iudicio firmata fuit: satis intelligitur, in vetustis eos libris, quibus usi fuerunt, scriptum reperisse:

*At*



## XXXV. HERMOGENIANVS lib. I. Iuris

## Epitomarum.

Sed et ea, quae longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, uelut tacita ciuium conuentio, non minus, quam ea, quae scripta sunt iura, seruantur.

## XXXVII. PAVLVVS lib. I. Quaestionum.

Si de interpretatione legis quaeratur: \*in primis\* inspiciendam est, quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus *usa fuisset* <sup>15</sup>: optima enim est legum interpres consuetudo.

## XXXVIII. CALLISTRATVS lib. I. Quaestionum.

Nam Imperator noster Seuerus rescripsit, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere.

## XXXIX. CELSVS lib. XXIII. Digestorum.

Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est: in aliis similibus non obtinet.

## XL.

*An etiam contradicta aliquando iudicio consuetudo firmata sit.* Itaque planissima verborum series erit, quum de consuetudine quis confidere videtur, explorandum esse, an etiam contradicta aliquando consuetudo, firmata iudicio sit. V. LEVNCLAVII notat, lib. II. s. OTTONIS Thesaur. Iur. Rom. T. III. p. 1503. — PÛTTMANNVS autem pro lectione Florentina haec dicit: „Quam reprobamus, emendatio illud habet in commodi, quod sic τῷ consuetudo duo sine copula iunguntur praedicata. Re-

bus magis quam verbis intentus VLPIANVS pro *an etiam in iudicio aliquando contradicta et firmata sit consuetudo*, scripsit, *an etiam contradicto iudicio firmata sit*, per hypallagen. V. PÛTTMANNI interpret. et obseruat. p. 87. — Equidem τῷ *contradicta consuetudo* pro *subiecto* habeo. Et cum unius literae immutatio omnem interpretandi difficultatem tollat, ea mihi magis aridet, quam dura hypallage.

<sup>15</sup>. casibus *usa fuisset*. *En specimen scripturae Trauellianae!*



## XL. MODESTINVS lib. I. Regularum.

Ergo omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo.

## XLI. VLPPIANVS lib. II. Institutionum.

Totum autem ius constitit aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo: aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel ius suum conseruet, aut quomodo alienet, aut amittat.

## CAPVT III.

## E LIB. I. TIT. IV.

## DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM.

## I. VLPPIANVS lib. I. Institutionum.

Quod principi placuit, legis habet vigorem: vtpote cum lege regia, quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem *conferat*<sup>1</sup>. §. 1. Quodcunque igitur imperator per epistolam et subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecepit, legem esse constat: *haec*<sup>2</sup> sunt, quas vulgo constitutiones appellamus. §. 2. Plane ex his quaedam sunt personales, nec ad exemplum trahuntur: nam quae princeps *alicui*<sup>3</sup> ob merita indulsit, vel si quam poenam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur.

## II. VL-

1. *Vulg.* habet modo *contulit*, modo *contulerit*, modo *concessit*.

2. *haec. Vulg.*

3. *aliQñ. Taurell.*

## II. VLP IANVS lib. IV. Fideicommissorum.

In rebus *nouis* 4 constituendis euidens esse utilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod *diu* 5 aequum visum est.

III. IAVOLENVS lib. XIII. *Epistolarum* 6.

Beneficium imperatoris, quod a diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.

## IV. MODESTINVS lib. II. Excusationum.

Αἱ μεταγενεσθῆσαι διατάξεις ἰσχυροτέραι τῶν προ αὐτῶν εἰσιν 7.

## CAPVT IV.

## E LIB. I. TIT. V.

## DE STATV HOMINVM.

## I. GAIVS lib. I. Institutionum.

**O**mne ius, quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

## VII. PAVLVVS lib. singulari de portionibus quae liberis damnatorum conceduntur.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quotiens de commodis ipsius partus quaeritur: quamquam alii, antequam nascatur, nequaquam profit.

## VIII. PAPINIANVS lib. III. Quaestionum.

Imperator Titus Antoninus rescripsit, non laedi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti.

IX.

4. noBis. *Taurell.*5. quod iam diu. *Haloand.*6. *Epistularum, Taurell.*7. id est: *Constitutiones tempore posteriores. potiores sunt his, quae ipsas praecesserunt.*



IX. PAPIANVS lib. XXXI. Quaestionum.

In multis iuris nostri articulis deterior est conditio feminarum, quam masculorum.

X. VLPPIANVS lib. I. ad Sabinum.

Quaeritur, Hermaphroditum cui comparamus? et magis puto eius *sexus*<sup>1</sup> *aestimandum*<sup>2</sup>, qui in eo praeualet.

XII. PAVLVS lib. XIX. Responsorum.

Septimo mense nasci perfectum partum, iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis et ideo credendum est, eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse.

XIV. IDEM lib. IV. Sententiarum 3.

Non sunt liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: veluti si mulier monstrosam aliquid, aut prodigiosam enixa sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliavit, *aliquatenus*<sup>4</sup> videtur *effectus*<sup>5</sup>, et ideo inter liberos connumerabitur.

XVIII. VLPPIANVS lib. XXVII. ad Sabinum.

Imperator Hadrianus Publicio Marcello rescripsit, liberam

1. *sexum. Vulg.*

2. *existimandum. Hal.*

3. In quibusdam libris adiunctum est et illud: *Tit. de intestatorum successione*. Quod rectum est: et inde magis intelligemus (quod hic in primis intelligi obseruarique debet) hoc caput proprie pertinere ad ipsum SCrum Tertullianum, quo quidem mater ingenua (ut ait Iustinianus) trium liberorum ius habens, vel libertina quatuor, ad bona filiorum

intestato mortuorum admittitur. Quid igitur si peperit monstrum? Eum inter filios hic non numerari *Paulus* ait. At matri prodesse ait *Vlpianus* l. 135. D. de V. S. (L. 16.) *BALDVINVS*. V. *HEINECCII Iurispr. Rom. et Att. T. I. p. 805.*

4. *alicuius. Hal.*

5. *scribendum est: effectum. AVGVSTINVS*. V. *OTTONIS Thes. Iur. Rom. T. IV. p. 1456.* — *Effectus* legendum est ex coniectura *BRENNMANNI*.



beram, quae *praegnas*<sup>6</sup> ultimo supplicio damnata est, liberum parere: et<sup>7</sup> solitum esse, seruari eam, dum partum ederet.

XIX. CELSVS lib. XXIX. Digestorum.

Cum legitimae nuptiae factae sint, patrem liberi sequuntur: *vulgo*<sup>8</sup> quaesitus matrem sequitur.

XX. VLPIANVS lib. XXXVIII. ad Sabinum.

Qui furere coepit, et statum, et dignitatem, in qua fuit, et magistratum, et potestatem videtur retinere, *sicut rei*<sup>9</sup> suae dominium retinet.

XXIII. MODESTINVS lib. I. Pandectarum.

Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, qui et *spuri* appellantur.

XXIV. VLPIANVS lib. XXVII. ad Sabinum.

*Lex naturae* *haec est*<sup>10</sup>, vt, qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi *lex specialis* aliud inducit.

XXVI. IVLIANVS lib. LXIX. Digestorum.

*Qui in*<sup>11</sup> *utero* sunt, in toto paene iure ciuili intelliguntur in rerum natura esse.

## CAPVT V.

E LIB. I. TIT. VI.

DE HIS QUI SVVEL ALIENI IVRIS SVNT.

I. GAIVS lib. I. Institutionum.

**D**e iure personarum alia diuisio sequitur: quod quae-

6. praegnas. *Vulg. Hal. et Gothofr.*

7. Sed. *Gothofr.*

8. *vulgo. Taurell.*

9. *sicut et rei. Hal.*

10. *naturae est, vt. Hal.*

11. *Quin. Taurell.*



quaedam *personae sui*<sup>1</sup> iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt.

III. GAIUS lib. I. Institutionum.

In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauerimus: quod ius proprium ciuium Romanorum est.

IV. VLPPIANVS lib. I. Institutionum.

Nam ciuium Romanorum quidam sunt patres familiarum, *\*alii*<sup>2</sup> filii familiarum<sup>3</sup>: quaedam *matres familiarum*<sup>3</sup>, quaedam filiae familiarum. Patres familiarum sunt, qui sunt suae potestatis, siue puberes, siue impuberes, simili modo matres familiarum, *filii familiarum*, et *filiae*<sup>4</sup>, quae sunt in aliena potestate. Nam qui ex me et vxore mea nascitur, in mea potestate est: item qui ex filio meo et vxore eius nascitur, id est nepos meus et neptis, aequae in mea sunt potestate, *\*et pronepos\**, et proneptis, et deinceps caeteri.

V. IDEM lib XXXVI. ad *Sabinum* 5.

Nepotes ex filio, mortuo auo, recidere solent in filii potestatem, *hoc est patris sui*<sup>6</sup>. Simili modo et pronepotes, *\*et\** *deinceps*<sup>7</sup>, vel in filii potestate<sup>8</sup>, si uiuit et in familia mansit, vel in eius parentis, qui ante eos in potestate est.

VI. VL-

- |  |  |
|--|--|
| 1. Quaedam sui. <i>Hal.</i>  | 5. ad edictum. <i>Hal.</i>   |
| 2. quidam. <i>Vulg.</i> et <i>Hal.</i>   | 6. Haec verba: <i>hoc est patris sui</i> , non habet <i>Hal.</i>           |
| 3. matres familias <i>Vulg.</i>  | 7. et ceteri deinceps. <i>Vulg.</i>  |
| 4. matres famil. et filiae familiarum <i>Vulg.</i> matres famil. filii vero et filiae familiarum, qui. <i>Hal.</i> | 8. potestate sunt. <i>Vulg.</i> potestatem. <i>Hal.</i> et <i>Gothofr.</i> |

B



## VI. VLPPIANVS lib. IX. ad Sabinum.

Filium eum definimus, qui ex viro et vxore eius nascitur. Sed si fingamus *afuisse* <sup>9</sup> maritum, verbi gratia *per decernium* <sup>10</sup>, reuerſum anniculum inueniſſe in domo ſua: placet nobis Iuliani ſententia, hunc non eſſe mariti filium. Non tamen ferendum Iulianus ait, eum, qui cum vxore ſua affidue moratus nolit filium adgnoscere, quaſi non ſuum. Sed mihi videtur, quod et Scaeuola *probat* <sup>11</sup>, ſi conſtet maritum aliquandiu cum vxore non concubiſſe infirmitate interueniente, vel alia cauſa, vel <sup>12</sup> ſi ea valetudine paterfamilias fuit, vt generare non *poſſit* <sup>13</sup>: hunc, qui in domo natus eſt, licet vicinis ſcientibus, filium non eſſe.

## VIII. IDEM lib. XXVI. ad Sabinum.

Patre furioſo liberi nihilominus in patris ſui poteſtate ſunt. Idem *et* <sup>14</sup> in omnibus eſt parentibus, qui habent liberos in poteſtate: nam cum ius poteſtatis moribus ſit receptum, nec poſſit deſinere quis habere in poteſtate, niſi exierint liberi, quibus caſibus ſolent: nequaquam dubitandum eſt, remanere eos in poteſtate. Quare non ſolum eos liberos in poteſtate habebit, quos ante furorem genuit: verum et ſi qui ante furorem concepti in furore editi ſunt, ſed et ſi in furore agente eo, vxor concipiat: *videndum*, *an* <sup>15</sup> in poteſtate eius naſcatur filius: nam furioſus licet

VXO-

9. abſuiſſe. *Vulg. Hal.* et *Gothofr.*

10. *per biennium*, legendum eſſe, ſuſpicatus eſt. BALDVINVS hac ex cauſa, quod ſecundum recepram lectionem quaerſtio proponitur, quae nullam dubitationem habet. V. HEINEC-

CII Iurispud. R. et A, T. I, p. 807.

11. *pro Vat. Taurell.*

12. *velut. Hal.*

13. *poſſet. Hal.*

14. *et abeſt a Vulg.*

15. *videndum eſt, an. Vulg.*



vxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest, quod cum ita se habeat, in potestate filium habebit. Proinde et si furiosa sit vxor, ex ea ante conceptus in potestate nascetur, sed et in furore eius conceptus ab eo, qui non furebat, sine dubio in potestate nascetur: quia retinetur matrimonium. Sed <sup>16</sup> et si ambo in furore agant et vxor et maritus, et tunc concipiat <sup>17</sup>, partus in potestate patris nascetur <sup>18</sup>, quasi voluntatis reliquias in furiosis manentibus: nam cum consistat matrimonium altero furente, consistet <sup>19</sup> et vtroque.

## IX. POMPONIVS lib. XVI. ad Quintum Mucium.

Filius familias in publicis causis loco patrisfamilias habetur, veluti ut <sup>20</sup> magistratum gerat, ut <sup>21</sup> tutor detur.

## X. ULPIANVS lib. IV. ad legem Iuliam et Papiam.

Si iudex nutrir, vel ali oportere pronunciauerit: dicendum est de veritate quaerendum, filius sit, an non: neque enim alimentorum causa veritati facit praeciudicium.

## XI. MODESTINVS lib. I. Pandectarum.

Inuiti filii naturales, vel emancipati non rediguntur in patriam potestatem.

B 2

CAP.

16. Sed abest a Vulg.

19. constat. Vulg.

17. concipiant. Vulg.

20. si. Vulg. si vel. Hal.

18. hic Vulg. inserit: quia retinetur matrimonium.

21. vel vt. Vulg. vel. Hal.

## CAPVT VI.

## E LIB. I. TIT. VII.

DE ADOPTIONIBVS ET EMANCIPATIONIBVS ET ALIIS MODIS QUIBVS  
POTESTAS<sup>1</sup> SOLVITVR.

## I. MODESTINVS lib. II. Regularum.

**F**iliosfamilias non solum natura, verum et adoptiones faciunt.

## II. GAIVS lib. I. Institutionum.

Et hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt<sup>2</sup>.

## V. CELSVS lib. XXVIII. Digestorum.

In adoptionibus, eorum duntaxat qui suae potestatis sunt, voluntas<sup>3</sup> exploratur, sin autem a patre dantur in adoptionem: in his vtriusque arbitrium spectandum<sup>4</sup> est, vel consentiendo, vel non contradicendo.

## VI. PAVLVS lib. XXXV. ad Edictum.

Cum nepos adoptatur, quasi ex filio natus: consensus filii exigitur.

## VII. CELSVS lib. XXXIX. Digestorum.

Cum adoptio fit, non est necessaria in eam rem auctoritas eorum, inter quos iura adgnationis consequuntur.

## IX. VL-

1. Ius patriae potestatis. *Vulg.* patria potestas. *Hal.*

2. adoptare possunt: castrati autem non possunt. *Hal.*

3. eorum, qui suae potestatis sunt, ipsorum duntaxat voluntas. *Hal.*

4. expectandum. *Vulg.* et *Hal.*



IX. VLP IANVS lib. I. ad Sabinum.

Etiā caecus adoptare vel adoptari potest.

XV. VLP IANVS lib. XXVI. ad Sabinum.

§. 2. In adrogationibus cognitio vertitur, num forte minor sexaginta annis sit, \*qui\* adrogat: quia magis liberorum creationi studere debeat: nisi forte morbus, aut valetudo in causa sit, aut alia iusta causa adrogandi: veluti si coniunctam sibi personam velit adoptare. §. 3. Item non debet quis plures adrogare, nisi ex iusta causa; nec maiorem minor.

XVI. IAVOLENVS lib. VI. ex Cassio.

Adoptio enim in his personis locum habet in quibus etiā natura potest habere 6.

XVII. VLP IANVS lib. XXVI. ad Sabinum.

Nec ei permittitur adrogare, qui tutelam, \*vel\* curam alicuius administrauit: si minor viginti quinque annis sit, qui adrogatur: ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat. Item inquirendum est, ne forte turpis causa adrogandi subsit. §. 1. Eorum 7 dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda est his, qui 8 vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent: ceterorum prohibenda, ne esset in potestate tutorum et finire tutelam, et substitutionem a parente factam extinguere. §. 2. Et primum quidem executiendum erit, quae facultates pupilli sint, et quae eius, qui adoptare eum velit, ut aestimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit

B 3 pupil-

5. fit is, qui arrogat, qui. Hal.

7. iis. Hal.

6. hoc verbum expunxit, Hal.

8. permittenda est, qui. Hal.







XXII. VLP IANVS lib. XXVI. ad Sabinum.

Si adrogator decefferit, impubere relicto filio ad-  
optiuo, et mox impubes decedat: an haeredes ad-  
rogatoris teneantur? Et dicendum est; haeredes  
quoque, *restituturos et bona*<sup>14</sup> adrogati, et prae-  
terea quartam partem. §. I. Sed an impuberi ad-  
rogator substituere possit, quaeritur? Et puto non  
admitti substitutionem: nisi forte ad quartam so-  
lam, quam ex bonis eius consequitur, et haecenus,  
vt ei vsque ad pubertatem substituatur. Caeterum si  
fidei eius committat, vt quandoque restituat: non  
oportet admitti fideicommissum, quia hoc non iu-  
dicio eius ad eum peruenit, sed principali pro-  
uidencia. §. 2. Haec omnia dicenda sunt, siue in  
locum filii, siue in locum nepotis aliquis impube-  
rem adrogauerit.

XXIII. PAVLVVS lib. XXXV. ad Edictum.

Filiae meae is, quem adoptavi, frater fit: quo-  
niam in familia mea est filia: nuptiis etiam eorum  
prohibitis.

XXIV. VLP IANVS lib. I. Disputationum.

Neque absens, neque dissentiens adrogari potest.

XXV. IDEM lib. V. Opiniorum.

§. I. Neque adoptare, neque adrogare quis ab-  
sens, nec per alium eiusmodi solemnitate per-  
agere potest.

XXX. PAVLVVS lib. I. Regularum.

Et qui uxores non habent, filios adoptare possunt.

XXXII. PAPINIANVS lib. XXXI. Quaestionum.

Nonnunquam autem impubes, qui adoptatus est,  
audien-

B 4

<sup>14</sup>. restituere debere bona. *Vulg.* restituere bona. *Hal.*



audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret, idque causa cognita per iudicem statuendum erit.

XXXIV. PAVLVVS lib. XI Quaestionum.

Quaesitum est <sup>15</sup>, si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, vt post triennium puta eundem mihi in adoptionem des, an actio vlla sit? Et Labeo putat nullam esse actionem: nec enim moribus nostris conuenit filium temporalem habere.

XXXV. IDEM lib I Responsorum.

Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur: unde senator, et si a plebeio adoptatus est, manet senator: similiter manet et senatoris filius.

XXXIX. VLPIANVS lib III. de officio *Consulis* <sup>16</sup>.

Ita Diuus Marcus Eutuchiano rescripsit: Quod desideras, an impetrare debeas, aestimabunt iudices, adhibitis etiam his, qui contradicent, id est, qui laederentur confirmatione adoptionis.

XL. MODESTINVS lib. I Differentiarum.

Non tantum cum quis adoptat, sed et cum adrogat, maior esse debet eo, quem sibi per adrogationem, vel per adoptionem filium facit, et vtique plenae pubertatis, id est, decem et octo annis, eum praecedere debet. §. 2. Spado adrogando, suum heredem sibi adseiscere potest, nec ei corporale vitium impedimento est.

XLII. IDEM lib. I Pandectarum.

Etiam infantem in adoptionem dare possumus.

XLV.

<sup>15</sup>. Vulgo *quaesitum est*, abest. *situm est*: adiungit verbis: *an actio vlla sit*.  
GEBAVERVVS. Neutrquam  
abest! Sed *Vulg.* verba: *quae-*

<sup>16</sup>. Proconsulis. *Hal.*



XLV. PAVLVS lib. III. ad leg. Iuliam et Papiam.  
Onera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptivum transferuntur.

## CAPVT VII.

## E LIB. I. TIT. VIII.

## DE DIVISIONE RERVM ET QVALITATE.

## GAIVS lib. II. Institutionum.

Quaedam res corporales sunt, quaedam incorporeales. Corporales haec sunt, quae tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, et denique aliae res innumerabiles. Incorporeales sunt, quae tangi non possunt: qualia sunt ea, quae in iure consistunt: sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: et id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est: veluti fundus, homo, pecunia, nam ipsum ius successionis, et ipsum ius vtendi fruendi, et ipsum ius obligationis incorporeale est. Eodem numero sunt et iura praediorum vrbano-  
rum, et rustico-  
rum: quae etiam seruitutes vocantur.



CAPVT VIII.  
E LIB. I. TIT. XVIII.  
DE OFFICIO PRAESIDIS.

XIX. CALLISTRATVS lib. I. de Cognitionibus.

**O**bseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se paebeat, sed contemni non patiatur: vnde mandatis adiicitur, ne Praesides prouinciarum in *vltiorem*<sup>r</sup> familiaritatem prouinciales admittant: nam ex conuersatione aequali contemptio dignitatis nascitur. §. 1. Sed et in cognoscendo neque excaudescere aduersus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum inlacrimari oportet: id enim non est constantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et summatim ita ius reddi debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

CAPVT IX.  
E PANDECT. LIB. II. TIT. I.  
DE IURISDICTIONE.

II. IAVOLENVS lib. VI. ex Cassio.

**C**ui iurisdictio data est, ea<sup>2</sup> quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.

V. IV-

1. *interiorem* reponit HOTTOMANNVS Lib. 2. Obs. cap. 13. Hanc autem lectionem contra omnium librorum fidem esse, indicat BYNKERSHOEK lib. 5. Obs. cap. 14. 2. *ei. Hal.*



V. IULIANVS lib. I. Digestorum.

More maiorum ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habere<sup>3</sup>.

VII. VIPIANVS lib. III. ad Edictum. VV

Siquis id, quod iurisdictionis perpetuae causa, non quod<sup>4</sup>, prout res incidit, in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruerit, datur in eum iudicium. § 3. In eos, qui inopia laborant, corpus torquendum est.

X. IDEM lib. III. ad Edictum.

Qui iurisdictioni praest, neque sibi ius dicere debet neque vxori vel liberis suis, vel caeteris, quos secum habet.

XI. GAIVS lib. I. ad Edictum prouinciale.

Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coaceruatio vero omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo placuit, quae sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata est. § 1. Sed et si mutuae sunt actiones, et alter minorem quantitatem, alter maiorem petat: apud eundem iudicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit, ne in potestate calumniosae aduersarii mei sit, an apud eundem litigare possim. § 2. Si vna actio communis sit plarium personarum, veluti familiae herciscundae, communi diuidendo, finium regundorum: vtrum singulae partes spectandae sunt circa iurisdictionem eius, qui cognoscit? quod Ofilio, et Proculo placet: quia vnusquisque

de

3. habet. *Vulg.* et *Hal.*

4. non quidem. *Vulg.*



de parte sua litigat: an potius tota res: quia et tota res in iudicium venit, et vel vni adiudicari potest? quod et Cassio et Pegaso placet \*et\* sane eorum sententia probabilis est.

XV. ULPIANVS lib. III. de omnibus Tribunalibus.

Si per errorem alius pro alio praetor fuerit aditus: nihil valebit, quod actum est, nec enim ferendus est, qui dicat, consensisse eos in praesidem, cum, vt Iulianus scribit: non consentiant, qui errent, quid enim tam contrarium consensui est, quam error, qui imperitiam detegit?

XVI. IDEM lib. III. de omnibus Tribunalibus.

Is, cui mandata iurisdictio est, fungetur vice eius qui mandauit, non sua.

XIX. IDEM lib. VI. Fideicommissorum.

Cum quaedam puella apud competentem iudicem litem susceperat, deinde *condemnata erat, posteaque ad viri* matrimonium alii iurisdictioni subiecti peruenerat: quaerebatur, an prioris iudicis sententia exequi possit. Dixi posse, quia ante fuerat sententia dicta. Sed et si post susceptam cognitionem, ante sententiam, hoc eueniet: idem *putarem: sententiaque a priore iudice recte fertur* 6. Quod generaliter et in omnibus huiusmodi casibus obseruandum est. §. I. Quotiens (de) quantitate ad iurisdictionem pertinente quaeritur: semper quantum petatur quaerendum est, non quantum debeatur.

XX.

§. *condemnata ad viri.* Hal. 6. *putarem de sententia, quae non solum, sed etiam quaedam a priore iudice recte ferretur.* Hal.



XX. PAVLVS lib. I. ad Edictum.

Extra territorium ius dicenti impune non paretur. Idem est, et si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.

CAPVT X.

E LIB. II. TIT. III.

SI QVIS IVS DICENTI NON  
OBTEMPERAVERIT.

I. VLPIANVS lib. I. ad Edictum.

**O**mnibus magistratibus, secundum ius potestatis suae concessum est iurisdictionem suam defendere poenali iudicio.

CAPVT XI.

E LIB. II. TIT. XIII.

DE EDENDO.

I. VLPIANVS lib. IV. ad Edictum.

**R**ationes cum die, et consule edi debent, quoniam accepta, et data, non alias possunt apparere, nisi dies, et consul fuerit editus. §. 3. Edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem editurus est: non tamen ut et instrumenta, quibus quis usus non est, compellatur edere.

CAP.



## CAPVT XII.

## E LIB. II. TIT. XIV.

## DE PACTIS.

## I. VLPIANVS lib. IV. ad Edictum.

Quid tam congruum *fidei humane*, quam ea, quae inter eos placuerunt seruari? §. 2. Est pactio duorum pluriumue in idem placitum consensus. §. 3. Conuentionis verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi, transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt, nam sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur, et veniant: ita et qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est, in vnam sententiam decurrunt.

Adeo

I. ELBERTVS LEONINVS lib. 1. Emend. c. 16. n. r. ex antiquissimo manu scripto codice reperit: *Quid enim magis humane fidei est congruum, quam ea obseruari.* Sed bene habet Florentina lectio: solitis saepe Veteribus in sermone genus mutare, facta relatione magis ad antecedentium verborum sensum, quam ad verba, quibus is sensus continetur: id ostendi lib. 1. Observ. c. 4. vbi vide, si tanti sit. G. NOODT *de pact. et transact.* cap. 1. V. EIVSD. *Opp. T. I. p. 484.* — Nihil quicquam praecedit, vel subsequitur, ad quod *to* eos referas. Si legeretur *inter quos*, ut CIC. *Rhet. ad Herem.* c. 27 pactum definit, quod *inter quos conuenit*; vel si legeretur, *fidei hominum*,

et mox, *inter eos*, utraque lectio conueniret praecipis Grammaticae. Legamus *inter Reos*, sive *inter reos*, hoc est, inter eos, qui pactantur. Pomponius palam reos appellat ipsas partes, quae contrahunt, in l. 5. pr. D. de V. O. conventionales ibi stipulationes definit, quae ex conuentione REORVM sunt. Quod hic dicitur, *ex conuentione reorum*, interpretantur *Institutiones* L. 3. c. 8 §. 3. ex conuentione utriusque partis, et eodem §. ex conuentione *contrahentium* eadem significatione quae ex nostra emendatione est apud Vlpianum BYNKERSHOEK lib. VIII. *Obs. cap. 9* Nobis quidem lectio: *fidei hominum*, magno opere probaretur quod facillime omnem remoueret difficultatem.



Adeo autem conventionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quae non habeat in se conventionem, siue re, siue verbis fiat.

II. PAVLVVS lib. III. ad Edictum.

Labeo ait, convenire posse, vel re, vel per epistolam<sup>2</sup>, vel per nuntium: inter absentes quoque posse<sup>3</sup>, sed etiam tacite<sup>4</sup> consensu convenire intelligitur<sup>5</sup>. §. 1. Et ideo, si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse, ne peterem: profuturamque ei conventionis exceptionem placuit.

III. MODESTINVS lib. III. Regularum.

Postquam<sup>6</sup> pignus vero debitori reddatur<sup>7</sup>, si pecunia soluta non fuerit, debitum peti posse dubium non est<sup>8</sup>, nisi specialiter contrarium actum esse probetur.

IV. PAVLVVS lib. III. ad Edictum.

Item quia conventiones etiam tacite valent, placet in urbanis habitationibus locandis *inventa illata* pignori esse locatori, etiam si nihil nominatim con-

2. epistolam. *Vulg. Hal. et Gothofr.*

3. posse non habet *Hal.*

4. tacito. *Vulg. et Hal.*

5. NOODT l. c. p. 486. sic distinguit verba: *Labeo ait, convenire posse vel re, vel per epistolam, vel per nuntium inter absentes quoque posse: sed etiam tacite consensu convenire intelligitur.* Haec interpungendi ratio reperitur quoque in AEG. PERRINI edit. *Pandect. Lugd.* 1539. f.

6. post. *Hal.*

7. redditum. *Hal.*

8. In codice Florent. post *dubium non est* legere est *JURE.* Hoc autem cum sensum non habeat, a descriptoribus, atque editoribus, ipsoque adeo Taurellio penitus praetermissum est. Nobis probabile videtur librarium Florentinum omissam vocem, *iure*, alieno loco adiecisse, adeoque restituendum esse: *debitum iure peti posse, dubium non est.* BRENNMANNVS.



confenerit. §. 1. Secundam haec et mutus pacisci potest.

VII. VLPPIANVS lib. IV. ad Edictum.

§. 3. Si ob maleficium, ne fiat 9, promissum sit: nulla est obligatio ex hac conventionione. §. 4. Sed cum nulla subest causa propter conventionem; hic constat non posse constitui obligationem. §. 7. Ait praetor: PACTA CONVENTA, QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA PRINCIPVM IO: NEQVE QVO FRAVSV CIVIORVM FIAT, FACTA ERVNT SERVABO. §. 8. Pactorum quaedam in rem sunt, quaedam in personam. In rem sunt, quotiens generaliter paciscor ne petam: in personam, quotiens, ne a persona petam: id est, ne a Lucio Titio petam. Vtrum autem in rem, an in personam pactum factum est, non minus 11 ex verbis, quam ex mente convenientium aestimanda est: plerumque enim, ut et Pedius ait, persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur, cum quo pactum factum est. §. 9. Dolo malo ait praetor pactum se non servaturum. Dolus malus fit caliditate, et fallacia, et, ut ait Pedius, dolo malo pactum fit, quotiens circumscribendi alterius causa, aliud agitur, et aliud agi simulatur. §. 15.

Si

9 ut maleficium fiat. Hal. Cum recepta lect faciunt etiam Basilica, quippe quae habent: *Καν ομολογῶσιν σου τι δια το σε μη ποιῶσαι τι ἀτοπον, οὐκ ἄνευχεται*: i. e. Si quid promisero tibi, ne aliquid maleficium admittas, non obligor.

10 edicta, decreta Principum. Vulg. et Hal. Et pro hac lect.

militat l. 1. §. 8. D. de postulando (III t.), ubi sic ait Praetor: *Qui lege, plebiscito, Senatusconsulto, Edicto, Decreto Principum etc.*

11. non nimis; et in margine: Graece loquitur, *ὄν μὲν δὲ 9η* pro non tam. Hal. Quae lect. ad inanes pertinet coniecturas.



Si quis pactus sit, *vt ex causa depositi omne periculum praestet*: Pomponius ait, pacitionem valere.  
 §. 17. Si ante aditam hereditatem paciscatur quis cum creditoribus, *vt minus solvatur*: pactum valitarum est.

VIII. PAPINIANVS lib. X. Responsorum.

Maiorem esse partem, pro modo debiti, non pro numero personarum placuit. Quod si aequales sint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum praefendus est. In numero autem pari creditorum, auctoritatem eius sequetur Praetor, qui dignitate inter eos praecellit.

X. VLPPIANVS lib. IV. ad Edictum.

Repeto, Diuum Pium rescripsisse, fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habet, et ceteros priuilegiarios exemplum creditorum sequi oportere. Haec enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conseruanda sunt.  
 §. 2. Si procurator meus paciscatur, exceptio doli mihi proderit, vt Trebatio videtur, qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita et prodesse.

XII. IDEM lib. IV. ad Edictum.

Nam et nocere constat: siue ei mandauit, vt pacisceretur, siue omnium rerum mearum procurator fuit.

XIV. IDEM lib. IV. ad Edictum.

Item, magistri societatum pactum et prodesse, et obesse, constat.

XV. PAVLVS lib. III. ad Edictum.

Tutoris quoque, vt scribit Iulianus, pactum pupillo prodest.

C

XVI.



## XVI. VLP IANVS lib. IV. ad Edictum.

Si cum emptore hereditatis pactum sit factum, et venditor hereditatis petat, doli exceptio nocet: nam ex quo rescriptum est a Diuo Pio, vtilis actiones emptori hereditatis dandas, merito aduersus venditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditarius vti potest.

## XVII. PAVLVS lib. III. ad Edictum.

Si tibi *decem dem*<sup>12</sup>, et paciscar, *ut viginti*<sup>13</sup> mihi debeantur, non nascitur obligatio ultra *decem*<sup>4</sup>: re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum sit. §. 3. Si quis paciscatur, *ne a se petatur*; *sed ut ab herede petatur*<sup>15</sup>: heredi exceptio non proderit. §. 4. Si pactus sim, *ne a me, neue a Titio petatur*, non proderit Titio, etiam si heres extiterit: quia ex post facto id confirmari non potest. Hoc Iulianus scribit in patre, qui pactus erat, *ne a se, neue a filia peteretur*: cum filia patri heres extitisset. §. 5. Pactum conuentum cum venditore factum, si in rem constituatur, secundum plurium sententiam et emptori prodest, et hoc iure nos vti Pomponius scribit: secundum Sabini autem sententiam, etiam si in personam conceptum est, et in emptorem valet. *Qui hoc esse existimat*<sup>16</sup>, et si per donationem successio facta sit.

## XXI.

<sup>12</sup>. decem milia dem. *Vulg.*  
decem mutua dem. *Hal.*

<sup>13</sup>. viginti milia *Vulg.*

<sup>14</sup>. decem milia *Vulg.*

<sup>15</sup>. *sed ut ab herede petatur*  
nec *Hal.* habet. nec VINTI-  
MILLI edit. Parisiens. A. 1548.  
In *Russardi, Charondae, Go-*

*thofredi et Simonis v. Leeuuven*  
editionibus eadem verba tan-  
quam suspecta notantur; recte-  
que expungi, iudicat NOODT  
l. c. p. 494.

<sup>16</sup>. est, in emptore valet.  
Idem existimat. *Hal.* est: et in  
emptore validum hoc esse exi-  
stimat. *Vulg.*



## XXI. PAVLVS lib. III. ad Edictum.

§. 5. In his, qui eiusdem pecuniae exactionem habent in solidum, vel qui eiusdem pecuniae debitores sunt, quatenus alii quoque profit, vel noceat pacti exceptio, quaeritur: et in rem pacta omnibus profunt, quorum obligationem dissolutam esse eius, qui pacifcebatur, interfuit: itaque debitoris conuentio fideiussoribus proficiet.

## XXVII. IDEM lib. III. ad Edictum.

Si vnus ex argentariis sociis cum debitore pactus sit <sup>17</sup>: an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Attilicinus, Proculus, nec si in rem pactus sit, alteri nocere: tantum enim constitutum, vt solidum alter petere possit. Idem Labeo: nam nec nouare alium posse, quamuis ei recte soluatur. Sic enim et his, qui in nostra potestate sunt, recte solui, quod crediderint, licet nouare non possint: quod est verum. Idemque in duobus reis stipulandi dicendum est.

§. 4. Pacta, quae turpem causam continent, non sunt obseruanda: veluti si paciscar, *ne furti agam, vel iniuriarum, si feceris*: expedit enim timere furti, vel iniuriarum poenam. Sed post admissa haec pacisci possumus. Item, *ne experiar interdicto* V N D E V I, quatenus publicam causam contingit, pacisci non possumus: et in summa si pactum conuentum *a re priuata* <sup>18</sup> remotum sit, non est seruandum.

C 2

Ante

<sup>17</sup>. Mihi videtur esse legendum: Si vnus ex argentariis cum debitore pactus sit; vel: Si vnus ex argentariis duobus cum debitore pactus sit. Sic conicio, et fidem coniecturae facit finis huius legis: qui finis ait: Idemque in duobus reis stipulandi dicendum est: nec sociorum me-

minit ullo modo. NOODT l. c. p. 562.

<sup>18</sup>. *a re publica* hic legendum esse, aurtumat CUIACIVS lib. I. Obs. c. 24. Sed retinenda, inquit NOODT, (l. c. p. 531.) vetus lectio: nam PAVLO *res priuata* est utilitas priuata, seu propria: sicut *res publica* est utilitas



Ante omnia enim animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re, aliaue persona noceat. §. 5. Si cum decem mihi deberes, pepigero, *ne a te viginti petam*: in decem prodesse tibi pacti conuenti vel doli exceptionem placet. Item, si cum viginti deberes, pepigerim, *ne decem petam*: efficeretur per exceptionem mihi opponendam, vt tantum reliqua decem exigere debeam. §. 8. Item si pactus, *ne hereditatem peterem*: singulas res, vt heres, petam: ex eo, quod pactum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit: quemadmodum si conuenerit, *ne fundum peterem*, et vsumfructum petam: aut *ne nauem aedificiumue peterem*, et, dissolutis his singulas res petam: nisi specialiter aliud actum est.

XXVIII. GAIUS lib. I. ad Edictum Prouinciale.

Contra iuris ciuilib regulas pacta conuenta rata non habentur: veluti, si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit, *ne a debitore suo peteret*, aut, *ne intra certum tempus*, veluti <sup>9</sup> quinquennium, *peteret*: nam nec solui ei sine tutoris auctoritate potest. Ex diuerso autem si pupillus paciscatur, *ne quod debeat, a se peteretur*, ratum habetur pactum conuentum: quia meliorem conditionem suam facere ei etiam sine tutoris auctoritate concessum est. §. 1. Si curator furiosi, aut prodigi pactus sit: *ne a furioso, aut prodigo peteretur*: longe vtile est curatoris recipi pactiones, sed non contra.

XXX.

litas publica; quemadmodum autem nulli licet aduersus publicam vtilitatem: sic vnicuique licet pacisci aduersus priuatam l. 46. D. h. t. Nemo igitur, auctore Paulo, potest pacisci de

negotio a re priuata remoto; id est de negotio, a re propria remoto; siue de negotio ad priuatam eius vtilitatem, vel damnum non pertinente.

19. veluti *ne intra. Vulg.*



XXX. GAIUS lib. I. ad Edictum prouinciale.

In persona tamen filii familias videndum est, ne aliquando, et si pactus sit, ne ageret, valeat pactio: quia aliquando filius familias habet actionem, veluti iniuriarum. Sed cum propter iniuriam filio factam habeat et pater actionem, quin pactio filii nocitura non sit patri agere volenti, dubitari non oportet. §. 2. Si sub conditione stipulatus fuerim a te, quod Titius mihi pure deberet: an deficiente conditione, si a Titio petam, exceptione pacti conuenti et possim et debeam summoueri? Et magis est, exceptionem non esse opponendam.

XXXIV. MODESTINVS lib. V. Regularum.

Ius adgnationis non posse pacto repudiari, non magis, quam vt quis dicat, *nolle suum esse*<sup>20</sup>, Iuliani sententia est.

XXXVII. PAPIRIVS IVSTVS lib. II. de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt: debitori reipublicae a curatore permitti<sup>21</sup> pecunias non posse: et, cum Philppensibus remissae essent, reuocandas.

XXXVIII. PAPIANTIVS lib. II. Quaestionum.

Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest.

XXXIX. IDEM lib. V. Quaestionum.

Veteribus placet, pactionem obscuram, vel ambiguum, venditori, et qui<sup>22</sup> locauit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.

C 3

XL.

<sup>20.</sup> nolle suum liberum esse. *Vulg.* Liberum ACCVRSIVS exponit filium.

<sup>21.</sup> remitti. *Vulg. Hal.* et varia MSS.

<sup>22.</sup> et ei, qui. *Vulg.*



## XL. PAPINIANVS lib. I. Responforum.

Tale pactum, *Profiteor te non teneri*, non in personam dirigitur: sed, cum generale sit, locum inter heredes quoque litigantes habebit. §. 3. Pater, qui dotem promisit, pactus est, *vt post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud heredem suum fratrem remaneret*: ea conuentio liberis a socero postea susceptis, et heredibus testamento relictis per exceptionem doli proderit: cum inter contrahentes id actum sit, vt heredibus consulatur, et illo tempore, quo pater *alios filios*<sup>23</sup> non habuit, in fratrem suum iudicium supremum contulisse videatur.

## XLII. IDEM lib. XVII. Responforum.

Inter debitorem et creditorem conuenerat, *vt creditor onus tributi praedii pignerati non agnosceret, sed eius soluendi necessitas debitorem spectaret*: talem conuentionem, quantum ad fisci rationem, non esse seruandam, respondi: pactis etenim priuatorum formam iuris fiscalis conuelli non placuit.

## XLIII. PAVLVS lib. V. Quaestionum.

In emptionibus, scimus, quid praestare *debitor*<sup>24</sup> debeat, quidque ex contrario emptor: quod si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id seruari debet.

## XLIV. SCAEVOLA lib. V. Responforum.

Cum in eo esset pupillus, vt ab hereditate patris abstineretur, tutor cum plerisque creditoribus decidit, vt certam portionem acciperent. *Idem curatores cum aliis fecerunt*<sup>25</sup>: quaero, an et tutor idem

que

<sup>23</sup>. alios non. Hal.

<sup>24</sup>. venditor. Kulg. et Hal.

<sup>25</sup>. Haec verba: *idem curatores cum aliis fecerunt*: expunxit Hal.



que creditor patris eandem portionem *retinere* <sup>26</sup> debeat? Respondi, eum tutorem, qui ceteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum esse debere.

## XLVI. TRYPHONIVS lib. II. Disputationum.

Pañum inter heredem et legatarium factum, *ne ab eo satis accipiat*, cum in semestribus relata est constitutio Diui Marci, seruari in hoc quoque defuncti voluntatem: validum esse constat: nec a legatario remissa heredi satisfactio per pactum, ex poenitentia reuocari debet: cum liceat sui iuris persecutionem, aut spem futurae perceptionis, deteriore constituit.

## XLIX. VLPIANVS lib. XXXVI ad Sabinum.

Si quis crediderit pecuniam, et pactus sit, vt, quatenus facere possit debitor, eatenus agat: an pactum valeat? Et magis est, hoc pactum valere, nec enim *improbum*, et si <sup>27</sup> quis haecatenus delideret conueniri, quatenus *facultates* <sup>28</sup>.

## LI. IDEM lib. XXVI. ad Edictum.

Si cum te ex causa legati debere pacisci <sup>29</sup> debitori tuo existimas, pactus sit ne ab eo peteres: neque iure ipso liberatur debitor, neque petentem summouebit exceptione conuentionis, vt Celsus libro vicensimo scribit. §. 1. Idem eodem loco scribit, si debitorem tuum iussisti soluere Titio, cui legatum falso debere existimas: et debitor

C 4

Hal. in editionibus autem Aeg. Perrini, Ruffiadi, Contii Gothofredi et Sim. v. Leeuven tanquam suspecta includuntur.

<sup>26</sup>. Vulg. habet modo *retinere*, modo *remittere*.

<sup>27</sup>. improbandum est, si *Vulg.*

<sup>28</sup>. facultates eius patiuntur. *Vulg.* facultates patiuntur. *Hal.*

<sup>29</sup>. *pacisci* abest ab *Hal.* et in aliis editionibus includitur.



tor pactus sit cum Titio suo debitore constituto: neque tibi aduersus tuum debitorem, neque ipsi aduersus suum actionem peremptam.

LIII. VLP IANVS lib. IV. Opiniorum.

Sumptus quidem prorogare litiganti honestum est: pacisci autem, vt non quantitas eo nomine expensa cum vsuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius, quod ex ea lite datum erit, non licet.

LVII. FLORENTINVS lib. VIII. Institutionum.

Qui in futurum vsuras a debitore acceperat, tacite pactus videtur, ne intra id tempus sortem petat.

LVIII. NERATIVS lib. III. Membranarum.

Ab emptione, venditione, locatione, conductione, ceterisque similibus obligationibus, quin integris omnibus consensu eorum, qui inter se obligati sint, recedi possit, dubium non est.

LXII. FVRIVS ANTHIANVS lib. I. ad Edictum.

Si reus, postquam pactus sit a se non peti pecuniam, ideoque coepit id pactum fideiussori, quoque prodesse, pactus sit, vt a se peti liceat: an utilitas prioris pacti sublata sit fideiussori, quaesitum est? Sed verius est, semel adquisitam fideiussori pacti exceptionem, vltius ei inuito extorqueri non posse.



CAPVT XIII.  
E LIB. II. TIT. XV.  
DE TRANSACTIONIBVS.

I. VLP IANVS lib. L. ad Edictum.

Qui transigit, quasi de re dubia, et lite incerta neque finita transigit: qui vero paciscitur, donationis causa rem certam et indubitam liberalitate remittit <sup>1</sup>.

III. SCAEVOLA lib. I. Digestorum.

Imperatores Antoninus et Verus ita rescripserunt: Priuatis pactionibus non dubium est, non laedius ceterorum: quare transactione, quae inter heredem

C 5 redem

<sup>1</sup>. Quam hic exhibemus, verba distinguendi ratio. *Taurelliana* est. Et cum hac congruit *Vulg. et Hal.* De alia, quae memoretur, digna interpunctione audiamus VINNIVM indicantem. „DVARENVS) et DONELLVS) textum sic interpungunt: *Qui transigit, quasi de re dubia, et lite incerta, neque finita transigit: qui vero paciscitur donationis causa, rem certam et indubitam liberalitate remittit*, commate posito post *donationis causa*: idque post *Cisaerum* etiam probat Borcholt, c. I. ad hunc tit. n. 28. Sed haec interpunctio tantum abest, vt necessaria sit, vt mihi videatur inconcinnam efficere, et tantum non ineptam IC. sententiam, qui paciscitur donationis causa rem ex liberalitate remittit, quasi vel vnus de eo dubitare possit. Sane Graecorum in-

terpretatio istam διασολην ferre non potest, qui sic Basil. (Tom. I. p. 770.) Vlpiani verba reddunt: *ὁ διαλυόμενος, ὡσαυτε περὶ πραγματος ἀμφιβόλου καὶ δικῆς ἀθλοῦ καὶ ἀποζηρωτοῦ διαλυεται. ὁ δὲ συμφωνῶν κατὰ δωρεῶν πραγμαθῶν ἄλλοι καὶ ἀναμφιβόλων φιλοτιμῶς συγχωρεῖ*, neque enim verba κατὰ δωρεῶν recte referas ad praecedens συμφωνῶν.“ V. VINNII Tractat. V. p. 184. — Cum autem Grammatices Graecae praecepta non impediant, quo minus κατὰ δωρεῶν ad praecedens συμφωνῶν referamus; et cum Vlpianus hic solummodo transactionem cum pacto donationis causa comparare videatur: nos quidem, Duareno et Donello, quae arrisit, interpungendi rationem *Taurellianae* praeferendam esse, opinamur.



redem, et matrem defuncti facta est, neque testamentum rescissum videri posse, neque legatariis actiones suae ademptae. Quare quidquid ex testamento petunt, scriptum heredem conuenire debent, qui in transactione hereditatis, aut cauit sibi pro oneribus hereditatis, aut si non cauit, non debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre. §. 1. Cum transactio propter fideicommissam facta esset, et postea codicilli reperti sunt: quaero, an quanto minus ex transactione consecuta mater defuncti fuerit, quam pro parte sua est, id ex fideicommissi causa consequi debeat? Respondit debere. §. 2. Debitor, cuius pignus creditor distraxit, cum Maeuio, qui se legitimum creditoris heredem esse iactabat, minimo transiit: postea, testamento prolato, Septicium heredem esse apparuit: quaesitum est, si agat pignoratitia debitor cum Septicio, an is uti possit exceptione transactionis factae cum Maeuio, qui heres eo tempore non fuerit; possitque Septicius pecuniam, quae Maeuio, ut heredi, a debitore numerata est, conditione repetere, quasi sub praetextu hereditatis acceptam? Respondit secundum ea, quae proponerentur, non posse: quia neque cum eo ipse transiit, nec negotium Septicii Maeuius gerens accepit.

VI. GAIUS lib. XVII. ad Edictum Prouinciale.

De his controuersis, quae ex testamento profiscuntur, neque transigi, neque exquiri veritas aliter potest, quam inspectis, cognitisque verbis testamenti<sup>2</sup>.

2. Huius legis verba a I. I. D. Testamenta quemadmodum aperiant. (XIX. 3.) auulsa, male-

que huc translata esse, praeter Labittum Rainoldus, Cuiacius, Schultingius, Noodt et alii coniecta-

VII.



## VII. VLPIANVS lib. VII. Disputationum.

Et post rem iudicatam transactio valet, si vel appellatio intercefferit, vel appellare potueris.

## VIII. IDEM lib. V. de Omnibus Tribunalibus.

Cum hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent, contenti modico praesenti: Diuus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore praetore facta. Solet igitur praetor interuenire, et, inter consentientes, arbitrari, an transactio, vel quae admitti debeat. §. 1. Eiusdem praetoris notio ob transactionem erit, siue habitatio, siue vestiarius, siue de praediis alimentum legabitur. §. 2. Plane de alimentis, quae non mortis causa donata sunt, licebit et sine praetore auctore transigi. §. 6. Eam transactionem oratio improbat, quae idcirco fit, ut quis repraesentatam pecuniam consumat. §. 8. Vult igitur oratio, apud praetorem de istis quaeri: in primis de causa transactionis, dein de modo, tertio de persona transigentium. §. 9. In causa hoc erit requirendum, quae causa sit transigendi: sine causa enim neminem transigentem audiet praetor. Causae ferè huiusmodi solent allegari, si alibi domicilium heres, alibi alimentarius habeat, aut si destinet domicilium transferre alter eorum: aut si causa aliqua urgeat praesentis pecuniae: aut si a pluribus ei alimenta relicta sint, et minutatim singulos conuenire difficile ei sit: aut si qua alia

causa

ieciarunt; cui vero coniecturae vehementer aduersatur Vinnius. V. WIELINGII *Jurispr. restitut.* P. II. p. 21. et 189. CVIACII *Opp.* T. II. p. 130. SGHVL-

TINGII *dissert.* p. 225. NOODT *Opp.* p. 526. et 578. VINNII *Tractat. V.* p. 198. et EIVSD. *sel. iur. quaest. lib. I. c. 8.*



causa fuit, vt plures solent incidere, quae praetori suadeant transactionem admittere. §. 10. *Modus* quoque pecuniae, quae in transactionem venit, aestimandus est: vtpote quantitas transactionis: nam etiam ex modo fides transactionis aestimabitur. Modus autem pro aetate eius, qui transigit, arbitrandus est, et valetudine: nam alias cum puero, alias cum iuvene, alias cum sene transigi palam est: constat enim alimenta cum vita finire. §. 11. Sed et personarum contemplatio habenda est: hoc est: cuius vitae sint hi, quibus alimenta relicta sunt: vtrum frugi vitae hi sint, qui alias sufficere sibi possint, an *sequioris* 3, qui de alimentis pendeant. In persona eius, a quo alimenta relicta sunt, haec erunt spectanda: in quibus sunt facultatibus, cuius propositi, cuius opinionis: tunc enim apparebit, numquid circumuenire velit eum, cum quo transigit. §. 17. Si praetor aditus, citra causae cognitionem, transigi permiserit, transactio nullius erit momenti: praetori enim ea res quaerenda commissâ est, non negligenda, nec donanda.

3. Obsequioris *Vulg.* Quod Glossa ita ridicule explicat: Tales, qui sequuntur alios semper, vt victum habeant, et sic pendet eorum vita de alimentis. *Senioris* reponit DVARENVS *disp.* II. 31 in aptius esse et reperiri in verustissimis codicibus, ait RVSSARDVS; idemque pro *vulgari lectione* habet CONSTANTINAEVS *subtil. enod.* lib. I. c. 5. — *Nequioris* legendum esse, coniecit BVDAEVS *annot. in Pand.* ad h. l. Quod et nos, inquit FORNERIVS *select. lib.* II. c. 5 in exoletis membranis scriptum inuenimus et sincerum esse arbitramur. — Re-

ceptam lectionem CUIACIVS *Obs. lib.* I. c. 3, tuetur horum ope locorum: APVL. *Met.* 7. Sumta veste muliebri florida et in sequiorem sexum infertus atque absconditus. *Ammian. Marcell.* XVIII. 6. si fortuna sequior ingruisset. — Nos ita sentimus: *Senioris*tribuendum est ignorantiae librarium; *nequioris* autem probabilitatem mutuari videtur a praecedenti frugi vitae. Nam frugi et nequam ex vltâ loquendi antiquo erant opposita. *Frugalitati* contrarium, inquit ipse CICERO *Tusc.* III. 8. vitium *nequitia* dicitur.



nanda. Sed et si non de omnibus inquiserit, quae oratio mandat: hoc est de causa, de modo, de personis transigentium: dicendum est, quamuis de quibusdam quaesierit, transactionem esse irritam.

IX. VLPIANVS lib. I. Opiniorum.

Qui cum tutoribus suis de sola portione administratae tutelae suae egerat, et transegerat: aduersus eosdem tutores ex persona fratris sui, cui heres extiterat, agens, praescriptione factae transactionis non summouetur. §. 1. Transactio, quaecunque fit, de his tantum, de quibus inter convenientes placuit, interposita creditur. §. 2. Qui per fallaciam coheredis ignorans vniuersa, quae in vero erant, instrumentum transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit: non tam pacificatur, quam decipitur. §. 3. Ei, qui nondum certus, ad se querelam contra patris testamentum pertinere, de aliis causis cum aduersariis pacto transegit, tantum in his interpositum pactum nocebit, de quibus inter eos actum esse probatur. *His tantum transactio obest, quamuis maior annis viginti quinque eam interposuit, de quibus actum probatur: nam ea, quorum actiones competere ei postea compertum est, iniquum est perimi pacto, id de quo cogitatum non docetur* 4.

X. IDEM lib. I. Responsorum.

De re filiorum, quos in potestate non habuit, transigentem patrem minime eis obesse placet.

XI.

4. Hunc locum Hal sic exhibet: probatur. siquidem in his tantum transactio obest (quamuis maior viginti quinque annis eam interposuit) de quibus actum

probatur. non autem quorum actiones competere, postea compertum est. iniquum est enim perimi pacto id, de quo cogitatum non docetur.



## XI. VLP IANVS lib. IV. ad Edictum.

Post rem iudicatam, etiam si prouocatio non est interposita, tamen si negetur iudicatum esse, vel ignorari potest, an iudicatum sit, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest.

## XII. CELSVS lib. III. Digestorum.

Non est ferendus, qui generaliter in his, quae testamento ei relicta sunt, transegerat, si postea causetur de eo solo cogitasse, quod prima parte testamenti, ac non etiam quod posteriore legatum sit. Si tamen postea codicilli proferuntur, non improbe mihi dicturus videtur, de eo dumtaxat se cogitasse, quo illarum tabularum, quas tunc nouerat, scriptura contineretur.

## XIV. SCAEVOLA lib. II. Responsorum.

Controuersia inter legitimum, et scriptum heredem orta est: eaque, transactioe facta, certa lege finita est: quaero, creditores quem conuenire possunt? Respondit, si iidem creditores essent, \*qui transactioem fecissent): si alii creditores essent, propter incertum successionis, pro parte hereditatis, quam uterque in transactioe expresseit, utilibus conueniendus est <sup>6</sup>.

## XVII.

## 5. deO. Taurell.

6. Huic loco Critica variam attulit medicinam. In vetusto, ait ipse TAVRELLIVS, MS. rectius videtur haberi sic, qui transactioem fecissent: id obseruandum de aere alieno, quod inter eos conuenisset. si alii etc. Idem habet Vulg. atque Hal. Et sane, inquit BRENCMANVS, lectio communis est omnium MSS. quorum XIII. contuli. Cum hac lectioe quoque

consentiant Basil. Tom. I. p. 777. *Εἰ μὲν οἱ αὐτοὶ δανείσαι ἦσαν τῆς κληρονομίας, ἔπονται τοῖς συμφωνηθεῖσιν. εἰ δὲ ἄλλοι εἰσὶν οἱ δανείσαι, ἐπιλείας ἀγωγὰς ἔχουσι καθ' ἑαυτοὺς πρὸς τὰ κληρονομία μὲν, i. e. Si quidem iidem creditores hereditarii essent, id obseruant, quod inter eos conuenierit; si vero alii creditores essent, aduersus utrumque utiles actiones habent, pro-* portio-



## XVII. PAPINIANVS lib. II. Quaestionum.

Venditor hereditatis, emptori mandatis actionibus, cum debitore hereditario, qui ignorabat venditam esse hereditatem, transegit: si emptor hereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio transacti negotii debitori propter ignorantiam suam accommodanda est. Idem respondendum est et in eo, qui fideicommissam recepit hereditatem, si heres cum ignorante debitore transegit.

## CAP.

portionibus hereditariis. Attamen CONTIVS putat, Florentinam rectiorem esse, si intelligamus, coheredem eundemque creditorem, qui transegit, debere eum convenire, quicum transegit, alios creditores vero vtrumque. Hanc autem interpretationem ab ipso textu Florentino alienam esse, recte iam indicavit WESTENBERGIVS. — Ex A FABRI coniectura BARTOLVS legit, qui transactioni interfuerunt propterea haec lex sic restituenda est: *Siue iidem creditores essent, qui transactioni interfuissent, siue alii creditores essent, propter incertum successionis etc.* In coniecturis inanibus recte etiam numeravit WESTENBERGIVS. — Verba si aii creditores essent, non esse Scaeuolae, sed indocti hominis foetum existimat IO. VAN DE WATER, qui textum hoc modo legit: *Respondit, si iidem creditores essent, qui transactionem fecissent propter incertum successionis, pro parte hereditatis, quam vterque in transactio-*

*ne expresserit vtilibus actionibus conveniendus est* — Secundum emendationem, quam WIELINGVS lect. *Iur. Civ. lib. II. c. 6.* molitur, ita legendum esset: *Respondit: Si iidem creditores essent, eos possunt convenire, qui transactionem fecissent.* — Vt nostra fert opinio, nodus in scripto quaeritur. Si enim *Vulg.* et *Hal* lectio recipiatur, pariter atque cum ACCVRSIO indicatur, l. 14. h. t. spectare ad creditores, l. 3. h. t. autem spectare ad legatarios omnis inter vtrumque legem discrepantia evanesceat, et Scaeuola laudem ingenuitatis servasse videbitur. — Quem iuvat vberiores de hoc vexato loco disputationes legere, is adeat WESTENBERGII *Diu. Marc.* p. 49. IO. VAN DE WATER *Obs. Iur. Rom.* p. 1. NOODT *Opp. T. I.* p. 36. et 546. IOH. VOET *Commentar. ad Pand. T. I.* p. 196. VLR. HVBBERI *Praelect. Iur. Civ.* p. 645. GVL. BEST *rat. emend. leg. Cap. IV.*



## CAPVT XIV.

## E PANDECT. LIB. III. TIT. I.

## DE POSTVLANDO.

I. VLP IANVS lib. VI. ad Edictum.

§. 2. **P**ostulare est, desiderium suum vel amici sui, in iure apud eum, qui iurisdictioni prae-est, exponere: vel alterius desiderio contradicere. §. 4. Ait praetor, *si non habebunt aduocatum, ego dabo.* Hanc humanitatem praetor solet exhibere, si quis certis ex causis, vel ambitione aduersarii, vel metu patronum non inuenit. §. 5. Feminas prohibet pro aliis postulare: et ratio quidem prohibendi, ne, contra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis se immisceant: ne virilibus officiis fungantur mulieres.

VII. GAIVS lib. III. ad Edictum prouinciale.

Quos prohibet praetor apud se postulare, omnimodo prohibet, etiam si aduersarius eos patiatur postulare.

## CAPVT XV.

## E LIB. III. TIT. II.

V. PAVLVS lib. V. ad Edictum.

**I**ntelligitur confiteri crimen, qui paciscitur.

XXII. MARCELLVS lib. II. Publicorum.

Ictus fustium infamiam non importat, sed causa, propter quam id pati meruit, si ea fuit, quae  
infa-



infamiam damnato irrogat. In caeteris quoque generibus poenarum eadem forma statuta est.

CAPVT XVI.  
E LIB. III. TIT. III.  
DE PROCVRATORIBVS ET DE-  
FENSORIBVS.

**P**I. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.  
Procurator est, qui aliena negotia mandatu domini administrat. §. 1. Procurator autem vel omnium rerum, vel vnus rei esse potest, constitutus vel coram, vel per nuntium, vel per epistolam: quamuis quidam, vt Pomponius libro vicesimo quarto scribit, non putent vnus rei mandatum suscipientem, procuratorem esse: sicuti ne is quidem, qui rem perferendam, vel epistolam, vel nuntium perferendum suscepit, proprie procurator appellatur: sed verius est, eum quoque procuratorem esse, qui ad vnam rem datus sit. §. 2. Vfus autem procuratoris perquam necessarius est: vt qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per<sup>1</sup> alios possint vel agere, vel conueniri. §. 3. Dari autem procurator et absens potest.

II. PAVLVS lib. VIII. ad Edictum.

Dummodo certus<sup>2</sup> sit, qui datus intelligetur: et is si ratum<sup>3</sup> habuerit. §. 1. Furiosus non est habendus absentis loco: quia in eo animus deest, vt ratum habere non possit<sup>4</sup>.

III.

1. saltem per. *Vulg.* et *Hal.*
2. si certus. *Hal.*
3. et is ratum. *Vulg.* et *Hal.*
4. habere possit, quosdam le-

gere notat ACCVRSIVS. Quod autem in negationibus male tractis numerat IAVCHIVS *medit. crit.* p. 50.

D



III. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.

Item et ad litem futuram: et in diem, et sub conditione et vsque ad diem dari potest.

IV. PAVLVS lib. VIII. ad Edictum.

Et in perpetuum.

VIII. VLP IANVS lib. VIII ad Edictum.

§. I. Inuitus procurator non solet dari: inuitum accipere debemus, non eum tantum, qui contradicit: verum eum quoque, qui consensisse non probatur.

XVI. PAVLVS lib. VIII. ad Edictum.

Ante litem contestatam libera potestas est vel mutandi procuratoris, vel ipsi domino iudicium accipiendi.

XVII. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.

Post litem autem contestatam reus, qui procuratorem dedit, mutare quidem eum, vel in se litem transferre a viuo procuratore, vel in ciuitate manente, potest: causa tamen prius cognita.

XXIX. IDEM lib. IX. ad Edictum.

Si actor malit dominum potius conuenire, quam eum, qui in rem suam procurator est: dicendum est, ei licere.

XXX. PAVLVS lib. I. Sententiarum.

Actoris procurator non in rem suam datus propter impensas, quas in litem fecit, potest desiderare, vt sibi ex iudicatione<sup>6</sup> satisfiat, si dominus litis soluendo non sit.

XXXI.

5. inuito. Nonnul. edit. ant.

6. ex iudicati actione. Vulg.



## XXXI. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.

§. 1. Vnius litis plurium personarum plures dari procuratores, non est prohibitum. §. 2. Iulianus ait, eum, qui dedit diuersis temporibus procuratores duos, posteriorem dando priorem prohibuisse videri.

## XXXII. PAVLVS lib. VIII. ad Edictum.

Pluribus procuratoribus in solidum simul datis, occupantis melior conditio erit: vt posterior non sit in eo, quod prior petit, procurator.

## XXXIII. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.

§. 2. Publice vtile est, absentes a quibuscunque defendi: nam et in capitalibus iudiciis defensio datur. Vbicunque itaque absens quis damnari potest, ibi quemuis verba pro eo facientem, et innocentiam excusantem audiri aequum est, et ordinarium admittere. §. 4. Aequum praetori visum est, eum, qui alicuius nomine procurator experitur, eundem etiam defensionem suscipere. §. 5. Si quis in rem suam procurator interueniat: adhuc erit dicendum, debere eum defendere: nisi forte ex necessitate fuerit factus.

## XXXV. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.

Sed et hae personae procuratorum debebunt defendere, quibus sine mandatu agere licet: utputa liberi, licet sint in potestate: item parentes, et fratres, et adfines. §. 2. Non solum autem si actio postuletur a procuratore: sed et praecudicium, vel interdictum: vel si stipulatione legatorum, vel damni infecti velit caueri: debebit absentem defendere in competenti tribunali, et eadem prouincia. §. 3. Defendere autem est, id fa-



cere, quod dominus in litem faceret, et cauere idonee: nec debet durior condicio procuratoris fieri, quam est domini, praeterquam in satisfacendo.

XL. VLPPIANVS lib. IX. ad Edictum.

§. 3. Rati habitionis autem satisfactio ante litem contestationem a procuratore exigitur: ceterum, semel lite contestata, non compellitur ad cautionem.

§. 4. In his autem personis, in quibus mandatum non exigimus, dicendum est, si forte evidens sit contra voluntatem eos experiri eorum, pro quibus interueniunt, debere eos repelli: ergo non exigimus, ut habeant voluntatem, vel mandatum, sed ne contraria voluntas probetur, quamuis de rato offerant *cautionem* 7.

XLI. PAVLVS lib. IX. ad Edictum.

Feminas pro parentibus agere interdum permittitur causa cognita: si forte parentes morbus, aut aetas impediat: nec quemquam, qui agat, habeant.

XLII. IDEM lib. VIII. ad Edictum.

§. 4. Dominum pignoris creditor recte dabit procuratorem ad Seruianam.

XLVI. GAIVS lib. III. ad Edictum

Prouinciale.

§. 2. Qui alium defendit, satisfacere cogitur. Nemo enim alienae litem idoneus defensor sine satisfactione intelligitur. §. 3. Item quaeritur, si iudicium acceperat defensor, et actor in integrum restitutus sit, an cogendus sit restitutorium iudicium accipere, et magis placet *cogendum* 8. §. 4.

Pro-  
7. actionem. Hal.

8. cogendum procuratorem.  
Vulg.



Procurator, vt in ceteris quoque negotiis geren-  
dis, ita et in litibus ex bona fide rationem red-  
dere debet. Itaque quod ex lite consecutus erit,  
siue principaliter ipsius rei nomine, siue extrin-  
secus ob eam rem: debet mandati iudicio resti-  
tuere: vsque adeo, vt et si per errorem, aut  
iniuriam iudicis non debitum consecutus fuerit:  
id quoque reddere debeat. §. 5. Item contra,  
quod ob rem iudicatam procurator soluerit, con-  
trario mandati iudicio recipere debet: poenam  
autem, quam ex suo delicto praestitit, recupera-  
re non debet. §. 6. Litis impendia, bona fide  
facta vel ab actoris procuratore, vel a rei, debe-  
re ei restitui, aequitas suadet.

XLIX. PAVLVS lib. LIV. 9 ad Edictum.

Ignorantis domini conditio deterior per procura-  
torem fieri nou debet.

L. GAIVS lib. XXII. 10 ad Edictum Prouinciale.

Quacunque ratione procurator tuus a me libera-  
tus est, id tibi prodesse debet.

LVI. VLP ANVS lib. LXVI. ad Edictum.

Ad rem mobilem petendam datus procurator, ad  
exhibendum recte aget.

LVIII. PAVLVS lib. LXXI. 11 ad Edictum.

Procurator, cui generaliter libera administratio  
rerum commissa est, potest exigere<sup>12</sup> aliud pro  
alio permutare.

D 3

LIX.

9. lib. IV. Hal.

10. lib. XXIII. Hal.

11. lib. LXXX. Hal.

12. exigere, novare, aliud.  
Vulg. Quam lectionem, teste

BRENKMANNO, nouem Codd.  
confirmant. Cum eadem quo-  
que congruunt Basil. quae habent  
και ἀπαιτεῖν δυνατοί, και με-  
τατιθεῖναι, και ἀντιλλαγῆν  
ποιεῖν, i. e. et exigere potest, et  
noua.



## LIX. PAVLVS lib. X. ad Plautium.

Sed et id quoque ei mandari videtur, vt soluat creditoribus.

## LX. IDEM lib. IV. Responforum.

Mandato generali non contineri etiam transactionem *decidendi*<sup>13</sup> causa interpositam: et ideo si postea is, qui mandauit, transactionem ratam non habuit, non posse eum repelli ab actionibus excercendis.

LXII. POMPONIVS lib. II. ex Plautio<sup>14</sup>.

Ad legatum petendum procurator datus, si interdito vtatur aduersus heredem de tabulis exhibendis: procuratoria exceptio, quasi non et hoc esset ei mandatum, non obstat.

LXIII. MODESTINVS lib. VI.<sup>15</sup> Differentiarum.

Procurator totorum bonorum, cui res administrandae *mandatae*<sup>16</sup> sunt, res domini neque mobiles, *vel*<sup>17</sup> immobiles, neque *seruus*<sup>18</sup> sine speciali domini

*nouare, et permutationem facere.* V. Basil. T. I. p. 425. Propterea *Vulg.* Florentinae praefereendam putat NOODT Opp. T. I. p. 558.

13. *Deminuendi CVIAC. Institut. de rerum diu. probante NOODTIO c. 27. de pact. et transact. BRENKM.* At neutiquam id probari NOODT, quippe qui l. c. de hac emendatione ita iudicat: „*Ingeniose, sed nulla necessitate, non est enim inusitata Pauli locutio, transigere decidendi causa: quando et Ulpianus l. 29. §. 2. D. de inoff.*

*testam. ait, rem transactione decideri: et Imperatores l. 17. C. de transact. licet transactione decifam.*

14. ad Plautium. *Hal.*

15. lib. II. *Hal.*

16. commissae. *Hal.*

17. neque. *Vulg. et Hal.*

18. *seruos, Vulg. et Hal.* Varia quoque MSS. habere *seruos*, testatur GEBAVERVS. *CONTIVS* Flor. tuetur hoc sensu, vt *seruus* ei sit actor et dispensator.



mini mandatu alienare potest: nisi fructus aut alias res, quae facile corrumpi possunt.

LXV. MODESTINVS lib. singulari  
de Eurenaticis.

Si procuratorem absentem dominus satisfactione relevare velit, literas suas ad adversarium dirigere debet, quibus significet, quem adversus eum procuratorem, et in qua causa fecerit, ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit: hoc enim casu, literis eius adprobatis, velut praesentis procuratorem interuenire intelligendum est. Itaque et si postea, mutata voluntate, procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi<sup>19</sup> procurator expertus est, ratum esse debet.

LXVII. PAPINIANVS lib. II. Responsorum.

Procurator, qui pro euictione praediorum, quae vendidit, fidem suam adstrinxit, etsi *negotia agere*<sup>20</sup> deserit, obligationis tamen onere praetoris auxilio non leuabitur: nam procurator, qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat.

D 4

CAP.

fator. BRENM. Nobis lecta.  
Vulg. et Hal. probatur.

19. quasi abest ab Hal.

20. negotia Agere. Tauvelli. negotia gerere. Vulg. Hal. et BRENMANNO teste, plurima MSS.



## CAPVT XVII.

## E LIB. III. TIT. IV.

QVOD CUIVSCVNOVE<sup>1</sup> VNIVERSITATIS  
NOMINE VEL CONTRA EAM  
AGATVR<sup>2</sup>.

## I. GAIVS lib. III. ad Edictum Prouinciale.

**N**eque *societas* <sup>3</sup>, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus *habere* <sup>4</sup> conceditur: nam et legibus et senatusconsultis, et Principalibus constitutionibus ea res coercetur. §. I. Quibus autem permiffum est corpus habere collegii, *societatis* <sup>5</sup>, siue *cuiusque* <sup>6</sup> alterius eorum nomine: proprium est, ad exemplum reipublicae habere res communes, arcam communem, et actorem siue syndicum: per quem, tamquam in republica, quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, fiat. §. 3. Et si extraneus defendere velit vniuersitatem, permittit Proconsul, sicut in priuatorum defensionibus obseruatur: quia eo modo melior condicio vniuersitatis fit.

## II. VLPIANVS lib. VIII. ad Edictum.

Si *municipes*, vel aliqua vniuersitas ad agendum det actorem: non erit dicendum, quasi a pluribus datum sic haberi: hic enim pro republica, vel vniuersitate interuenit, non pro singulis.

## III.

- |   |   |
|---|---|
| 1. cuiusque. <i>Vulg.</i>   | 3. societatem. <i>Hal.</i>                  |
| 2. agatur. <i>Hal.</i> Ita et Flor. est correctum, et quidem subantique. Dissidet tamen Index Pandectis praefixus, qui facit eum priori scriptura. BRENM. | 4. haberi. <i>Vulg.</i>                     |
|   | 5. siue societatis. <i>Vulg.</i>            |
|   | 6. cuiuscunque. <i>Vulg.</i> et <i>Hal.</i> |



III. VLP IANVS lib. IX. ad Edictum.

Nulli permittetur nomine ciuitatis, vel curiae experiri: nisi ei, cui *lex permittit* 7, aut, lege cessante, ordo dedit, cum duae partes adessent, aut amplius quam duae.

IV. PAVLVS lib. IX. ad Edictum.

Plane, *ut* 8 duae partes decurionum adfuerint, is quoque, quem decernent, numerari potest.

V. VLP IANVS lib. VIII. ad Edictum.

Illud notandum, Pomponius ait, quod et patris suffragium filio proderit, et filii patri.

VI. PAVLVS lib. IX. ad Edictum.

§. 1. Si decuriones decreuerunt, actionem per eum mouendam, quem duumiri elegerint: is videtur ab ordine electus; et ideo experiri potest: parui enim refert, ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit.

VII. VLP IANVS lib. X. ad Edictum.

§. 1. Si quid vniuersitati debetur, singulis non debetur: nec, quod debet vniuersitas, singuli debent. §. 2. In decurionibus, vel aliis vniuersitatibus nihil refert, vtrum omnes idem maneant, an pars maneant, vel omnes immutati sint. Sed si vniuersitas ad vnum redit, magis admittitur, posse eum conuenire, et conueniri: cum ius omnium in vnum reciderit, et stet nomen vniuersitatis.

D 5

CAP.

7. cui ex lege permittitur, *Vulg.*

8. vbi. *Vulg.*



## CAPVT XVIII.

## E LIB. III. TIT. V.

## DE NEGOTIIS GESTIS.

## II. GAIVS lib. III. ad Edictum prouinciale.

**S**i quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis: tamen quidquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipse se in re<sup>1</sup> absentis alicui obligauerit, habeat eo nomine actionem. Itaque eo casu vtro citroque nascitur actio, quae appellatur negotiorum gestorum. Et sane sicut aequum est, ipsum actus sui rationem reddere, et eo nomine condemnari, quidquid vel non, vt oportuit, gessit, vel ex his negotiis retinet: ita ex diuerso iustum est, si vtiliter gessit, praestari ei, quidquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est.

## III. VLPPIANVS lib. X. ad Edictum.

§. 4. Pupillus sane, si negotia gesserit, post scriptum Diui Pii etiam conueniri potest *in id, quod*<sup>2</sup> factus est locupletior: agendo autem compensationem eius, quod gessit, patitur. §. 5. Et si furiosi negotia gesserim, competit mihi aduersus eum negotiorum gestorum actio. Curatori autem furiosi, vel furiosae aduersus eum, eamue *dandam actionem*<sup>3</sup> Labeo ait. §. 6. Haec verba, siue quis negotia, quae cuiusque, cum is moritur, fuerint, gesserit, significant illud tempus, quo quis post mortem alicuius negotia gessit, de quo

<sup>1</sup> rem. *Vulg. Hal.* et ipse *Taurell.* in margine: „Corre-  
ctio inquit BRENKM. antiquior  
est, quam omnes receperunt.“

<sup>2</sup> in id, quo. *Vulg.*

<sup>3</sup> dandam negotiorum gestorum actionem. *Vulg.*



quo fuit necessarium edicere: quoniam neque testatoris iam defuncti, neque heredis, qui nondum adiit 4, negotium gessisse videtur. Sed si quid accessit post mortem, vtputa partus, et foetus, et fructus, vel si quid serui adquisierint: et si ex) his verbis non continentur, pro adiecto tamen debent accipi 6. §. 7. Haec autem actio, cum ex negotio gesto oriatur, et heredi, et in heredem competit. \*§. 8. Si exsecutor a praetore in negotio meo datus, dolum 7 mihi fecerit, dabitur mihi aduersus eum actio 8. \*§. 9. Interdum in negotiorum gestorum actione Labeo scribit dolum solummodo versari: nam si affectione coactus, ne bona mea ditrahantur, negotiis te meis obtuleris, aequissimum esse, dolum dumtaxat te praestare: quae sententia habet aequitatem. §. 10. Hac actione tenetur non solum is, qui sponte, et nulla necessitate cogente, immiscuit se negotiis alienis, et ea gessit: verum et is, qui aliqua necessitate urgente, vel necessitatis suspicione gessit. §. 11. Apud Marcellum libro secundo digestorum quaeritur,

4. adiit hereditatem. *Vulg.*

5. Flor. *ro* ex deletum est, sed tam tenuiter, vt aciem oculorum effugiat, (quod ipsum signum antiquitatis est) idque Taurellio videtur fraudi fuisse, nisi forte dubitauerit, an ea phrasis, ex his verbis continentur, defendi queat, ita nimirum, vt ex his verbis, accipiatur, quantum ad haec verba attinet: non continentur, quasi esset: edicto non continentur. Omnes tamen, quos vidi, codices ex pro deleto habuerunt. BRENKMAN.

6. his verbis non continentur, pro adiecto tamen debet accipi.

*Hal.* — Habent omnes, quotquot adiui, continentur in singulari, et in sequentibus debet. *Vulg.* scribit contineatur. Ego ista continentur et debent, construo cum verbis partus, foetus etc. BRENKM. Nos in variis, quas contulimus, editionibus antiquis inuenimus continentur et debent.

7. a praetore datus in negotio gerendo dolum. *Hal.*

8. Haec a Taurellio hic asteriscis inclusa ab eadem manu, quae codicem Flor. scripsit, ad paginae calcem suppleta sunt, posito signo Martis, quo solet vti in omisiss, BRENKM.



tur, si, cum proposuiffem negotia Titii gerere, tu mihi mandaueris, vt geram: an vtraque actione vti possim? Et ego puto, vtramque locum habere: quemadmodum ipse Marcellus scribit, si fideiussorem accepero negotia gesturus: nam et hic dicit, aduersus vtrumque esse actionem.

V. VLP IANVS lib. X. ad Edictum.

Item si, cum putau i a te mihi mandatum, negotia gessi: et hic nascitur negotiorum gestorum actio, cessante mandati actione. Idem est etiam, si pro te fideiussero, dum puto mihi a te mandatum esse. §. 1. Sed et si, cum putau Titii negotia esse, cum essent Sempronii, ea gessi: solus Sempronius mihi actione negotiorum gestorum tenetur.

VI. IULIANVS lib III Digestorum scribit.

§. 3. Sed et si quis negotia mea gessit, non mei contemplatione, sed sui lucri causa: Labeo scripsit, suam eum potius, quam meum negotium gessisse: qui enim depraedandi causa accedit, suo lucro, non meo commodo studet. Sed nihilominus, immo magis et is tenebitur negotiorum gestorum actione. Ipse tamen, si circa res meas aliquid impenderit, non in id, quod ei abest, quia improbe ad negotia mea accessit, sed in quo ego locupletior factus sum, habet contra me actionem. §. 4. Si quis ita simpliciter versatus est, vt suum negotium in suis bonis, quasi meum gesserit: nulla ex vtroque latere nascitur actio: quia nec fides bona hoc patiat. Quod si et suum et meum, quasi meum, gesserit: in meum

9. quo. Vulg. et Hal.

10. Sed si, Hal.

11. suum negotium et. Hal.



meum tenebitur: nam et si cui mandauero, vt meum negotium gerat, quod mihi tecum erat commune: dicendum esse Labeo ait, si et tuum gessit sciens, negotiorum gestorum eum tibi teneri.

§. 11. Quid ergo, inquit Pedius, si, cum te heredem putarem, insulam fulsero hereditariam, tuque ratum habueris? an sit mihi aduersus te actio? Sed non fore ait: cum hoc facto meo alter sit locupletatus, et alterius re ipsa gestum negotium sit: nec possit, quod alii acquisitum est ipso gestu, hoc tuum negotium videri. §. 12. Videamus in persona eius, qui negotia administrat, si quaedam gessit, quaedam non, contemplatione tamen eius alius ad haec non accessit, et si vir diligens, quod ab eo exigimus, etiam ea gesturus fuit: an dici debeat, *negotiorum gestorum*<sup>12</sup> eum teneri et propter ea, quae non gessit? Quod puto verius.

IX. SCAEVOLA lib. I. Quaestionum.

Reprobare non possum semel probatum, et quemadmodum, quod vtiliter gestum est, necesse est apud iudicem pro rato haberi: ita omne, quod ab ipso probatum est.

X. ULPIANVS lib. X. ad Edictum.

Sed an vltro mihi tribuitur actio sumptuum, quos feci? et puto competere: nisi specialiter id actum est, ut neuter aduersus alterum habeat actionem. §. 1. Is autem, qui negotiorum gestorum agit, non solum si effectum habuit negotium, quod gessit, actione ista vtetur, sed sufficit, si vtiliter gessit, et si<sup>13</sup> effectum non habuit negotium,

<sup>12.</sup> negotiorum gestorum actione. *Vulg.* et *Hal.*

<sup>13.</sup> coepit, etiam si. *Hal.*



gotium: et ideo, si insulam fulsit, vel seruum aegrum curauit, etiam si insula exusta est, vel seruus obiit, aget negotiorum gestorum: idque et Labeo probat. Is negotiorum gestorum habet actionem, qui vtiliter negotia gessit: non autem vtiliter negotia gerit, qui rem non necessariam, vel quae oneratura est patremfamilias, adgreditur. Iuxta hoc est, et quod Iulianus scribit: eum, qui insulam fulsit, vel seruum aegrotum curauit, habere negotiorum gestorum actionem, si vtiliter hoc faceret, licet euentus non sit secutus. Ego quaero, quid si putauit se vtiliter facere, sed patrifamilias non expediebat? Dico hunc non habiturum negotiorum gestorum actionem, vt enim euentum non spectamus, debet vtiliter esse coeptum.

XI. POMPONIVS lib XXI. ad Quintum Mucium.

Si negotia absentis et ignorantis geras: et culpam, et dolum praestare debes: sed Proculus interdum etiam casum praestare debere; veluti si nouum negotium, quod non sit solitus absens facere, tu nomine eius geras: veluti venales nouicios coemendo, vel aliquam negotiationem in eundo: nam si quod damnum ex ea re secutum fuerit, te sequetur: lucrum vero absentem, quod si in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum, absens pensare lucrum cum damno debet.

XII. VLPIANVS lib. X. ad Edictum.

§. 2. Sicut autem in negotiis viuorum gestis sufficit vtiliter negotium *gestum*<sup>14</sup>: ita et in bonis mortuorum, licet diuersus *exitus sit*<sup>15</sup>.

XIII.

14. coeptum. Hal.

15. exitus sic secutus. Vulg. et



XIII. PAVLVS lib. IX. ad Edictum. ni sib

Debitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, decessit: huius hereditatis curationem suscepi: et impendi decem, *deinde*<sup>16</sup> redacta ex venditione rei hereditariae centum in arca reposui, haec sine culpa mea perierunt: quaesitum est, an ab herede, qui quandoque extitisset, vel *creditam pecuniam quinquaginta*<sup>17</sup> petere possim, vel<sup>18</sup> decem, quae impendi. Iulianus scribit: in eo verti quaestionem, vt animaduertamus, an iustam causam habuerim seponendorum centum: nam si debuerim et mihi, et ceteris hereditariis creditoribus soluere, periculum non solum *sexaginta*<sup>19</sup>, sed et reliquorum quadraginta — milium)<sup>20</sup> me praestaturum: decem tamen, quae impenderit retenturum, *id est sola nonaginta restituenda*<sup>21</sup>: si vero iusta causa fuerit, propter quam integra centum custodirentur, veluti si periculum erat, ne praedicta

et Hal. — Supremam huius legis dictionem, *secutus*, non habet Taurellius. Est autem illa in membrana Flor. recenti atramento obducta. Vnde viderur existimasse *Taurell.* prorsus recentem esse. Verum praeter vestigia vetustae scripturae indubitato argumento sunt puncta finalia, legibus subiici solita, quae non sunt superducta. Eodem plane loquendi modo in l. 10. versus finem est, *licet euentus non est secutus*, licet hoc ipsum forte Taurellii suspicionem corroborauerit. Omnes interea seu scripti, seu typis impressi codices nostram hanc vocem exhibent. BRENKMAN.

16. demum. Hal.

17. credita quinquaginta. Hal.

18. et. Hal.

19. Auctoritate Basil. T. II. p. 309. legendum *quinquaginta*, putat KOEHLERVS *Interpret.* lib. II. p. 117.

20. Flor. inducta est dictio *miliem*. Abest tamen ab omnibus codicibus scriptis, editis, quos mihi videre contigit. BRENKMAN. In variis autem MSS. vidit GEBAVERVS.

21. Verba haec: *id est sola nonaginta restituenda* expanxit Hal. Interpretationes huiusmodi non solet Hal. admittere; tamen haec ipsa, licet nec in Basil. inueniatur, non est eliminanda. BRENKMAN. Attamen et in Ruffardi, et in Gothofredi editionibus tanquam suspecta includuntur.



dia in publicum committerentur, ne poena traiectionis pecuniae augetur, aut ex compromisso committeretur, non solum decem, quae in hereditaria negotia impenderim, sed etiam quinquaginta quae mihi debita sunt, ab herede me consequi posse.

XV. PAVLVS lib. IX. ad Edictum.  
Pro qualitate personarum et actio formatur, et condemnatio moderatur.

XVI. IDEM lib. VII. ad Plautium.  
Sed et cum aliquis negotia mea gerit: non multa negotia sunt, sed vnus contractus: nisi si ab initio ad vnum negotium accessit, vt finito eo discederet: hoc enim casu, si noua voluntate aliud quoque adgredi coeperit, alius contractus est.

XIX. IDEM lib. II. ad Neratium.  
§. 2. Si libero homini, qui bona fide mihi seruiebat, mandem, vt aliquid agat: non fore cum eo mandati actionem, Labeo ait: quia non libera voluntate exsequitur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate seruili: erit igitur negotiorum gestorum actio: quia et gerendi negotii mei *habuerit affectionem*<sup>22</sup>, et is fuit, quem obligare possem.  
§. 4. Non tantum sortem, verum etiam vsuras ex pecunia aliena perceptas negotiorum *gestorum*<sup>23</sup> iudicio praestabimus, vel etiam quas percipere potuimus. Contra quoque vsuras, (quas) praestabimus, vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia impendimus, seruabimus negotiorum gestorum iudicio.

XXI.

<sup>22</sup>. habuit affectum. Hal.      tasse etiam genuinum est, ac recenti atramento est superductum.  
<sup>23</sup>. Hoc supplementum procul dubio antiquum, et for-      BRENKM.



## XXI. PAVLVS lib. IX. ad Edictum.

§. 2. Si, vivo Titio, negotia eius administrare coepi: intermittere mortuo eo non debeo: noua tamen inchoare necesse mihi non est, vetera explicare, ac conseruare necessarium est: vt accidit cum alter ex fociiis mortuus est: nam quaecumque prioris negotii explicandi causa gerentur, nihilum refert, quo tempore consummentur, sed quo tempore inchoarentur. §. 3. Mandatu tuo negotia mea Lucius Titius gessit, quod is non recte gessit, tu mihi actione negotiorum \*gestorum\* teneris, non in hoc tantum, ut actiones tuas praestes: sed etiam quod imprudenter eum elegeris: vt quidquid detrimenti negligentia eius fecit, tu mihi praestes.

## XXII. GAIVS lib. III. ad Edictum Prouinciale.

Sive hereditaria negotia, sive ea, quae alicuius essent, gerens aliquis, necessario rem emerit: licet ea interierit, poterit quod impenderit, iudicio negotiorum gestorum consequi, veluti si frumentum, aut vinum familiae parauerit, idque casu quodam interierit, forte incendio, ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina, vel incendium, sine vitio eius acciderit: nam cum propter ipsam ruinam, aut incendium damnandus sit, absurdum est, eum istarum rerum nomine, quae ita consumtae sunt, quicquam consequi.

## XXIII. PAVLVS lib. XX. ad Edictum.

Si quis negotia aliena gerens indebitum exegerit: restituere cogitur; de eo autem, quod indebitum soluit, magis est, vt sibi imputare debeat.

JIVXX

E

XXIV.



## XXIV. PAVLVS lib. XXIV. ad Edictum.

Si ego hac mente pecuniam procuratori dem, ut ea ipsa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem non acquiritur: potest tamen creditor, etiam inuito me ratum habendo, pecuniam suam facere: quia procurator in accipiendo creditoris duntaxat negotium gessit: et ideo creditoris rati habitione liberor.

## XXV. IDEM lib. XXVII. ad Edictum.

Si quis negotia aliena gerens, plus, quam oportet, impenderit, recipaturum eum id, quod praestari debuerit.

## XXVI. MODESTINVS lib. I. Responforum.

Cum alicui civitati per fideicommissum restitui iussa esset hereditas, magistratus actores horum bonorum Titium, et Seium, et Gaium idoneos creauerunt, postmodum hi actores inter se diuiserunt administrationem bonorum: idque egerunt sine auctoritate, et sine consensu magistratum, post aliquod tempus testamentum, per quod restitui civitati hereditas fideicommissa esset, irritum probatum est pro tribunali: atque ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extitit, sed ex his actoribus vnus non soluendo decessit: et nemo heres eius extitit. Quaero, si Sempronius conueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herennius Modestinus respondit, quod ab vno ex actoribus ob ea, quae solus gessit, negotiorum gestorum actione feruari non potest, ad damnum eius, cui legitima hereditas quaesita est, pertinere.

XXVII.



## XXVII. MODESTINVS lib. II. Responſorum.

Ex duobus fratribus, vno quidem ſuae aetatis, alio vero minore annis, cum haberent communia praedia ruſtica, maior frater in ſaltu communi habenti habitationes paternas ampla aedificauerat: cumque eundem ſaltum cum fratre diuideret, ſumptus ſibi, quaſi re meliore ab eo facta, deſiderabat, fratre minore iam legitima aetatis conſtituto. Herennius Modestinus reſpondit, ob ſumptus nulla re urgente, ſed voluptatis cauſa factos eum, de quo quaeritur, actionem non habere. §. 1. Titium, ſi pietatis reſpectu ſororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere reſpondi.

## XXVIII. IAVOLENVS lib. VIII. ex Caſſio.

Si quis, mandatu Titii, negotia Seii geſſit: Titio mandati tenetur: liſque aeſtimari debet, quanto Seii, et Titii intereſt. Titii autem intereſt, quantum is Seio praefare debet, cui vel mandati, vel negotiorum geſtorum nomine obligatus eſt. Titio autem actio competit cum eo, cui mandauit aliena negotia gerenda, et antequam ipſe quicquam domino praefaret: quia id ei abeſſe videtur, in quo obligatus eſt.

## XXXI. PAPINIANVS lib. II. Reſponſorum.

§. 3. Qui aliena negotia gerit, uſuras praefare cogitur: eius ſcilicet pecuniae, quae *purgatis*<sup>24</sup> neceſſariis ſumptibus ſupereſt.

## XXXIV. PAVLVS lib. I. Quaefitionum.

Nefennius Appollinaris Iulio Paulo Salutem: Auia nepotis ſui negotia geſſit, defunctis vtrique auiae

E 2

here-

24. putatis. Hal.



heredes conueniebantur a nepotis heredibus negotiorum gestorum actione. Reputabant heredes auiae alimenta praestita nepoti. Respondebatur, auiam iure pietatis de suo praestitisse: nec enim aut desiderasse, ut decernerentur alimenta, aut decreta essent: praeterea constitutum esse dicebatur, ut si mater aluisset, non posset alimenta, quae pietate cogente de suo praestitisset, repetere. Ex contrario dicebatur, *tunc*<sup>25</sup> hoc recte dici, *ut*<sup>26</sup> de suo aluisse mater probaretur: at in proposito auiam, quae negotia administrabat, verisimile esse de re ipsius nepotis eum aluisse: tractatum est, nunquid utroque patrimonio erogata videantur? quaero quid tibi iustius videatur? Respondi: Haec disceptatio in *factum*<sup>27</sup> constitit. Nam et illud, quod in matre constitutum est, non puto ita perpetuo obseruandum. Quid enim, si etiam protestata est, se filium ideo alere, ut aut ipsum, aut tutores eius conueniret? pone peregre patrem eius obiisse: et matrem, dum in patriam reuertitur, tam filium, quam *familiam*<sup>28</sup> eius exhibuisse, in qua specie etiam in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem Diuus Pius Antoninus constituit. Igitur in re facti facilius putabo auiam, vel heredes eius audientes, si reputare velint alimenta: maxime si etiam in ratione impensarum ea retulisse, auiam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata videantur.

## XXXVIII.

25. *tunc* expunxit. Hal.

26. cum. Vulg. et Hal.

27. factum. Vulg. Sed et varia MSS. tamen habent in *factum*  
BRENKM.

28. filiam. Vulg. et Hal. Cum Florentina congruunt Basil. T. II. p. 318. ubi legitur: ἀποθρεψέ τον υἱον, καὶ τὴν αὐτοῦ φαμίλιαν.



XXXVIII. TRYPHONINVS lib. II.  
Disputationum.

Vbi quis eius pecuniam, cuius tutelam, negotiaue administrat, aut magistratus municipii publicam in vsus suos conuertit: maximas vsuras praestat, vt est constitutum a Diuis principibus. Nam illi<sup>29</sup>, de quibus constitutum est, cum gratuitam, certe integram \*et\* abstinentem *omni lucro*<sup>30</sup> praestare fidem *deberent*<sup>31</sup>: licentia, qua videntur abuti, maximis vsuris, vice cuiusdam poenae, *subiiciuntur*<sup>32</sup>.

XXXIX. GAIVS lib. III. de Verborum  
Obligationibus.

Soluendo quisque pro alio, licet inuito, et ignorante, liberat eum, quod autem alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest iure exigere naturalis enim, simul et ciuilis ratio suasit, alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis, et inuiti nos facere posse: deteriorem non posse.

## XLV. VLPPIANVS lib. IV. Opinionum.

Quae vtiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumptus honeste ad honores per gradus *pertinentes*<sup>33</sup> factus, actione negotiorum gestorum peti possunt.

E 3

CAP.

29. in illis. Hal.

30. in lucro. Hal.

31. debeant. Hal.

32. subiicitur. Hal.

33. obtingentes. Hal.



## CAPVT XIX.

E PANDECT. LIB. IV. TIT. I.  
DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

## I. VLPIANVS lib. XI. ad Edictum.

Sub hoc titulo plurifariam praetor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue aetate, siue absentia inciderunt in captionem.

## II. PAVLVS lib. I. Sententiarum.

Siue per status mutationem, aut iustum errorem.

## III. MODESTINVS lib. VIII. Pandectarum.

Omnes in integrum restitutiones, causa cognita a praetore *promittuntur*<sup>1</sup>: scilicet vt iustitiam earum causarum examinet, an verae sint, quarum nomine singulis subuenit.

## IV. CALLISTRATVS lib. I. Edicti monitorii.

Scio illud a quibusdam obseruatum: ne *propter factis minimam rem*<sup>2</sup>, vel summam: si maiori rei, vel summae praeiudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

## VI. VLPIANVS lib. XIII. ad Edictum.

Non solum minoris, verum eorum quoque qui reipublicae causa abfuerunt: item omnium, qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt: et ita saepissime est constitutum.

## VII.

1. Permittuntur, *Vulg.* et *Hal.*

2. propter minimam sane rem.  
*Hal.*



VII. MARCELLVS lib. III. Digestorum.

Diuus Antoninus Marcio Auito praetori de succurrendo ei, qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit: Et si nihil facile mutandum est ex solemnibus: tamen, ubi aequitas evidens poscit, subueniendum est: itaque si citatus non respondit, et ab hoc more pronunciatum<sup>3</sup> est, confestim autem pro tribunali te sedente<sup>4</sup> adiit: existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce praconis defuisse: ideoque restitui potest.

§. 1. Deceptis sine culpa sua, maxime si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit.

CAPVT XX.

E LIB. IV. TIT. II.

QVOD METVS CAUSA GESTVM ERIT.

I. VLPIANVS lib. XI. ad Edictum.

**A**it praetor: QVOD METVS CAUSA GESTVM ERIT, RATVM NON HABEBO. Olim ita edicebatur, QVOD VI METVSVE CAUSA: vis enim fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariam<sup>2</sup> voluntati metus instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatione<sup>3</sup>, sed postea detracta est vis mentio: ideo<sup>4</sup>

E 4

quia

3. more solito pronunciatum. *Vulg.* et *Hal.*

4. sedentem *Vulg.* et *Hal.* Ita et quinque MSS. e septem. In sexto ad eum modum correctum est. BRENKM.

1. De eo, quod. *Vulg.*

2. contrariae. *Vulg.*

3. metus est instantis periculi, vel futuri causa, mentis trepidatio. *Vulg.* metus autem pro-

pter instantis vel futuri periculi causa mentis trepidationem. *Hal.*

— Nos fere minima mutatione: metus instantis vel futuri periculi causa mentis trepidationem, subaudito propter ex antecedentibus, aut saltem minore molimine: metus enim instantis vel futuri periculi causa mentis trepidationem. BRENKM.

4. ideo non habet *Hal.*



quia, quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur.

II. PAVLVS lib. I. Sententiam.

Vis autem est maioris rei impetus, qui repelli non potest.

III. VLPIANVS lib. XI. ad Edictum.

Continet igitur haec clausula et vim, et metum: et si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc Edictum restituitur. §. I. Sed vim accipimus atrocem, et eam, quae aduersus bonos mores fiat: non eam, quam magistratus recte intulit, scilicet iure licito, et iure honoris, quem sustinet: caeterum si per iniuriam quid fecit populi Romani magistratus, vel prouinciae praefes, Pomponius scribit, hoc edictum locum habere: si forte, inquit, mortis, aut verberum terrore pecuniam alicui extorserit.

V. IDEM lib. XI. ad Edictum.

Metum accipiendum, Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris malitatis.

VI.

5. recte abest ab Hal.

6. etenim. Hal.

7. verborum. Nonnul. edit. ant. Cum recepta lectione consentiunt quoque Basil. T. I. p. 583. Ibi enim legitur *παληγων*.

8. mali. Vulg. et Hal. malignitatis legit in MS. CHARONDAS. calamitatis legendum suspicatus est RVSSARDVS. „Existimo, inquit Dukerus, variantes illas lectiones glossam sapere, et substitutas fuisse ab iis, qui insolentia vocis malitas offendebantur. Nam Graecos quidem hic non legisse mali, argu-

mento est, quod in Basilicis hoc verterunt *μεγαλης κερουθειας*, qui si mali legissent, nulla ratio dici potest, cur id *κερουθειας* potius, quam *κεκου* Graece reddere voluissent: quemadmodum Aristotel. III. Ethicor. ad Nicom. 1. Φοβον μεζονων κερων dicit; et eod. lib. cap. 9. Φοβον προφοριαν κερων definit. Etsi autem huic voci patronum ex antiquis scriptoribus aduocare nullum possum, tamen non temere eam reiciendam censeam, eum et in Excerptis veterum Glossarum legatur, Malitas κερια, et analogica



## VI. GAIUS lib. IV. ad Edictum prouinciale.

Metum autem non vani hominis, sed qui merito et in *homine constantissimo* 9 cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

## VII. VLPIANVS lib. XI. ad Edictum.

Nec timorem infamiae hoc edicto contineri Pedius dicit libro septimo: neque alicuius vexationis timorem per hoc edictum restitui. Proinde si quis meticolosus rem *nullam* 10 frustra timuerit, per hoc edictum non restituitur: quoniam neque vi, neque *metus causa factum est* 11. §. I. Proinde si quis in farto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio: vel dedit aliquid, vel se obligauit. Pomponius libro vicesimo octauo recte scribit, posse eum ad hoc edictum pertinere: timuit enim vel mortem, vel vincula.

## VIII. PAVLVS lib. XI. ad Edictum.

Et praetor non respicit, an adulter sit, qui de-

E 5

dit:

logica ratione formata sit a genitio mali, vt *bonitas, castitas, sanctitas*, et sexcenta huiusmodi a genitiuis singularibus adiectiuorum in *vs* facta. Ne dicam, multa in eandem terminationem exeuntia antiquis vsitata fuisse, quae, quia vel deinde in desuetudinem abierunt, vel apud alios probatos scriptores, qui nunc supersunt, non leguntur, non minus infolentia videntur, quam *malitas*.“ V. DVKERI *Opusc. de Latin. Ict. Vel.* p. 325. edit. Bat. p. 294. edit. Lips. — Licet FORSTERVS (*Obs. succif. lib. I. c. 9. f. OTTON. Thes. T. II. p. 911.*) LEVNCLAVIVS (*Notator. lib. II. xvi. f. OTTON. Thes. T. III. p. 1506.*) et NOODTIVS (*Opp. T. II. p. 107.*)

quoque pro Florentina dicant, equidem tamen ita censeo: Cum vox *malitas* omni scriptorum veterum auctoritate destituatur, *analogia sola* nullius momenti esse videtur. Huius enim ope innumera vocabula barbara tueri possemus. Nec graeca vox *κακια*, nec *κακωδελεια* *malitati* succurrit. Nam illa proprie denotat *malitiam*; haec *malevolentiam*. Mihi itaque probatur lectio *malignitatis*.

9. in hominem constantissimum. *Hal. et Gothofr.*

10. ullam, *Vulg.* Cui fauent *Basil.* quae habent: *π' ουδενι νεωμερι.*

11. metu factum est. *Hal.*







Ac 3733

1018

ULB Halle  
006 774 44X


3











*Verf. Koenig, Joh. Christ.*

PROBE

*475.*

*61*

einer

# PANDEKTEN- CHRESTOMATHIE

welche

aus den

FLORENTINISCH-TAVRELLISCHEN  
PANDEKTEN

ausgezogen

und

sowohl mit verschiedenen Lesarten

als auch

mit kritischen Anmerkungen

versehen worden ist.

Nürnberg und Altdorf,  
in der Monath- und Kufserischen  
Buchhandlung. 1796.

